Icones anatomicae : quotquot sunt celebriores ex optimis neotericorum operibus summa diligentia depromtae et collectae ; tabulas selegerunt et nonnullas ex cadaveribus ad vivum delineatas addere / curarunt Leopoldus Marcus Antonius et Florianus Caldani.

Contributors

Caldani, Leopoldo Marco Antonio, 1725-1813
Latham, P. M. (Peter Mere), 1789-1875, Caldani, Floriano, 1772-1836.
Royal College of Physicians of London

Publication/Creation

Venice : J. Picotti, 1802-1814.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/xd2wzmxm

Provider

Royal College of Physicians

License and attribution

This material has been provided by Royal College of Physicians, London. The original may be consulted at Royal College of Physicians, London.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

D1/37-a-6

Digitized by the Internet Archive
in 2015

https://archive.org/details/b24989939_0001

Collegio Medicorum

D D

Petrus Mere Latham

Socius.

Julii 4. 1853.

Caldani (L. M. A.)

ICONUM

ANATOMICARUM

EXPLICATIO.

PARS PRIMA.

VENETIIS

MDCCCII.

ROYAL COLLEGE OF PHYSICIANS OF LONDON

ROYAL COLLEGE OF PHYS
LIBRARY
CLASS 611
ACCN. 17733
SOURCE
DATE

LECTORI

S.

Magno Operi et summo longa quoque addenda esset Praefatio, si eorum consilia sequi vellemus, qui libellum edentes qualemcumque vel de artis pretio quam profitentur, vel de doctrinarum praestantia quas pertractandas suscipiunt Lectorem monitum volunt; de eo fere solliciti, ut contrarium seu minus officiosum Lectoris ipsius judicium praevertant. Cum autem ex edito Operis hujus Programmate, et ex Libri ipsius fronte satis pateat quae nostra voluntas sit, quid polliciti simus, quid audeat Picottus, *quid Artifices valeant, nihil esset quod amplius de Operis ipsius utilitate atque splendore diceremus. Pauca igitur hic loci adjicienda esse existimavimus, ne in Opere tanto Praefatio etiam aliqua desideraretur.*

Et primo quidem, si praeclarum Opus et adolescentibus utile edendum suscipimus; fateamur necesse est, non sine ingenti animi trepidatione nos ei manum admovisse. Cum enim Anatome a praestantissimis Viris exculta, nitidis quoque Tabulis, nostra praesertim aetate, exornata fuerit; arduum sane est ac difficile, omnibus unum in locum coactis Iconibus, eas, quae fida imitatione naturae caeteris antecellunt, elicere, et ex variis ingeniis excellentissima quaeque libare. Etsi vero ex magna copia nobis sit exemplorum eligendi potestas: etsi nihil fere sit in humano corpore, quod a celeberrimis Artis magistris perlustratum non antea fuerit; plurima tamen adhuc supersunt, quae cum rudiori stylo a verteribus expessa fuerint, vix hac aetate digna, a neotericis autem hactenus insalutata, politius

a nobis perfectiusque delineanda sunt et describenda. Qua in re tantum est difficultatis,

ut sibi quivis
Speret idem, sudet multum frustraque laboret
Ausus idem.

Quoad Iconum explicationem spectat, de ea jam in Programmate dictum est. Humanum videlicet corpus, ejusque partes Tabulis delineatas exhibemus, quaestionibus quibuscunque praetermissis, quae ab Anatomicis et Medicis exagitatae, minus tamen ad Anatomen pertinent, plurimum vero ad Physiologiam. Simplex ergo erit Tabularum enucleatio, qualem Albinus *proposuit,* Hallerus, *ac caeteri, qui huic arti plurima adjumenta atque ornamenta subministrarunt. Eaedem erunt litterae seu notae, iidem numeri, idem dicendi modus, quem Auctores adhibuerunt, quibus acceptae Tabulae referendae sunt. Alia quidem occasione, si fata ferant, de ipsius Operis historia dicere in animo est, ut quos errores in aliorum Iconibus corrigendos, quos praetereundos existimaverimus, et quae in novis praeparationibus nostra ratio fuerit plenius innotescat.*

Laborem hunc nostrum docti homines aequi bonique faciant; medicinae vero Tyrones nostrum hoc eorum commodis inserviendi studium acceptum habeant, quod nonnisi ex Picotti *cestro et magnanimitate poterant expectare. Si vero amplissimum Opus hoc inter optimos Anatomicorum labores unum non excellit, sciant, quaeso, optima quaeque in ipso contineri, et in praestantibus rebus magna esse ea, quae optimis proxima celeberrimorum hominum consensus judicavit.*

TABULA I.

Exteriores humani corporis Regiones exhibet in facie anteriori.

A. Frons.
B. B. Pars Capitis capillata.
C. Vertex Capitis.
D. Tempus dexterum.
E. Mala dextera.
F. Bucca.
G. Auris.
a. a. Supercilii caput.
b. Ejusdem cauda.
c. c. Oculi globus.
d. d. Angulus oculi internus.
e. e. Externus ejusdem angulus.
f. Glabella inter capita superciliorum.
g. Nasus.
h. Ejus lobus.
i. --- pinna.
k. --- septum.
l. Mustax, seu philtrum.
m. Labium oris superius.
n. -------- inferius.
o. o. Anguli oris.
H. Mentum.
I. Guttur.
K. Jugulum.

p. p. Regio musculi Sternomastoidei, tam a dexteris quam a sinistris.
q. q. Claviculae.
L. Regio ossis sterni.
M. M. Mammae.
N. N. N. N. Praecordia.
O. O. Pectoris latus sinistrum.
P. P. Hypochondria.
Q. Cordis scrobiculus.
R. Epigastrium.
r. r. Regio intestini Coli transversi.
s. Umbilicus.
t. t. Regiones epicolicae.
u. Hypogastrium.
x. x. Ilia.
y. Pubes seu Pecten.
z. z. Inguina.
α. Penis.
β. β. Testes in Scroto.
γ. Scroti septum.
S. S. Acromii regiones.
T. Axilla.
U. U. Humerus.
X. X. Cubiti flexura.
Y. Y. Cubitus.
Z. Gibberus.
δ. δ. Carpus.
ε. Vola manus, in qua Metacarpus.
ζ. 1. Pollex.
ζ. 2. Index.
ζ. 3. Medius digitus.
ζ. 4. Anularis.
ζ. 5. Auricularis digitus, seu minimus.
η. η. Coxendicis regio.
θ. θ. Femora.
ι. ι. Femorum extremitas inferior.

$\varkappa$. $\varkappa$. Genua.
λ. λ. Tibiae caput.
μ. μ. Sura.
ν. ν. Cruris anterior spina.
ξ. ξ. ξ. Malleoli.
o. Calx.
π. π. Tarsus.
ρ. ρ. Metatarsus et Pedis ipsius dorsum.
σ. Planta pedis.
τ. τ. Pedum digiti.

TABULA II.

Regiones ostendit in superficie corporis posteriori.

A. Vertex.
B. Occiput.
C. Cervix.
D. D. Spina dorsi.
E. E. Regio lumborum.
F. Spina lumborum.
G. Os sacrum.
H. H. Clunes.
I. Scapula sinistra.
L. Acromii regio.
M. Humerus.
N. Gibberus.
O. Cubitus.
P. P. Vola manus.
Q. Regio coxendicis.
R. Poples.
S. Sura.
T. T. Chorda magna.
U. U. Calx.
X. X. Plantae pedum.

TABULA III.

Elementa continet humani Corporis.

FIGURA I.

MEMBRANA.

Ex Cadavere.

Est portio peritonaei ab interiori superficie spectata.

FIG. II.

MUSCULUS ET CELLULOSA TUNICA.

Ex Cadavere.

a. a. a. Musculi bicipitis pars inferior.
b. b. b. Tendo ipsimet musculo adnexus.
c. c. Aponeurosis, in quam abit tendo.
d. d. Tela cellulosa a musculo, quem circumvestiebat, separata.
e. e. Cellulae ejusdem telae aere turgidae.

FIG. III.

TENDO.

Ex Albini Acad. Annotat. Lib. IV.

Tendo peronei longi hominis adulti a carne separatus, et in humore explicatus.
a. Cellulosa e trunco tendinis nascens.

FIG. IV.

TENDINIS FABRICA.

Ex Cadavere.

Tendo musculi *peronei longi* hominis adulti, macerationis ope in textum cellulosum solutus, et in humore explicatus.

a. Tendo.
b. b. b. Cellulosae lamellae a tendine separatae.
c. c. c. c. Textus cellulosus, et filamenta.
d. d. Lamellae cellulosae, ex quibus tendo conflatur.

FIG. V.

ARTERIA.

Ex Cadavere.

A. Truncus arteriae hypogastricae.
B. B. B. B. Ejus rami.
a. a. Ramus obcoecatus et in ligamentum conversus.

FIG. VI.

ARTERIARUM TUNICAE.

Ex Albini Acad. Annotat. Lib. IV.

Portio arteriae aortae hominis adulti, tunicis separatis.

a. Tunica musculosa integra, nuda, detracta nervosa.
b. c. d. e. i. m. Tunicae, in quas musculosam divisi. Exteriores rariores, interiores densiores.
n. Tunica nervosa, a musculosa detracta.
o. Cellulosa, in quam nervosa ab exteriore parte laxando se exit.
p. p. Cellulosa cum nervosa musculosam complecteus.
q. Tunica interna, ut exhiberi in umbra potuit.

FIG. VII.

VENA.

Ex Cadavere.

a. Truncus venae iliacae externae.
b. b. b. Eadem vena in longum dissecta, ut apareant:
c. c. c. Valvulae tres insimul junctae.
d. d. d. d. Aliae valvulae per venae cavum disseminatae.
e. e. e. Ostiola venarum, quae sanguinem vehunt in venam principem.
o. o. Membranulae ad ostia venarum ipsarum.
r. r. r. Valvulae in ramis.

FIG. VIII.

VAS LYMPHATICUM.

Ex Cadavere.

a. a. Vasa lymphatica ab intestino hominis adulti ortum ducta, et mercurio repleta.
b. Glandula conglobata.
c. Vas, quod lympham effert a glandula.
d. Plexus seu rete vasorum lymphaticorum.

FIG. IX.

ADEPS.

Ex Alex. Monro Description of all the Bursae mucosae. Tab. VIII.

a. Adipis subcutanei minima portio, microscopio inspecta, triginta vices naturalem molem augente;
b. Eadem adipis portio microscopio composito visa, ut lobulorum diameter centum et quinquaginta vices lobulos ipsos superaret.

FIG. X.

GANGLION.

Ex Antonii Scarpa Anat. Annotat.

a. Ganglion ex minoribus illis, quae plexibus abdominalibus intertexta reperiuntur.
b. Surculi nervei a ganglio editi.
c. Truncus nerveus unus aut alter ganglion ingrediens.

FIG. XI.

GANGLII STRUCTURA.

Ex eodem Opere.

Ganglion Cervicale superius nervi intercostalis in dextero latere solutum in filamenta nervea.
a. Truncus nervi intercostalis paulo infra foramen caroticum.
b. Truncus nervi intercostalis infra ganglion cervicale superius.
c. c. c. c. Nervi qui a tribus superioribus cervicalibus spinalibus ganglion intercostalis cervicale superius ingrediuntur.
d. d. d. d. Nervi a ganglio prodeuntes.
e. Fibrosa strata nervea, seu taeniolae nerveae.
f. Irretita filorum nerveorum combinatio.
g. Fila nervea reticulata, plexuosa.
h. Alia nervea fila cum sociis staminibus nerveis cerebralibus ac spinalibus diversimode commixta.
i. Fila nervea e quibus componitur truncus nervi intercostalis infra ganglion cervicale superius.

FIG. XII.

PLEXUS NERVORUM.

Ex eodem Opere.

Exhibet plexum brachialem ob macerationem naturali nonnihil turgidiorem, in quo apparet, nervos brachiales praecipuos ex filamentis plurium conjugationum spinalium cervicalium componi.

5. 6. 7. 8. 1. Spinalium cervicalium quatuor inferiores et dorsalium primus.

a.b.c.d.e.f.g. Nervi brachiales ex commixtis eorum nervorum filamentis producti.

h. h. Plexus brachialis minor.

FIG. XIII.

GLANDULAE SIMPLICES.

Ex Cadavere.

a. d. Labii inferioris superficies interna.

a. a. Portio labii integra adhuc membrana interiori, et in ea:

b. b. b. Cryptae, seu glandulae simplices, quae per membranam translucent.

c. c. c. Cryptarum pori, per quos mucus transit in os.

d. d. d. Portio ejusdem labii, interiori tunica denudata, ut appareant:

e. e. e. e. Cryptae ipsae mucosae, porulis perforatae.

FIG. XIV.

GLANDULA CONGLOBATA.

Ex Cruikshank Anatomy of the absorb. vess. Tab. III.

Glandula conglobata mercurio injecta.

FIG. XV.

GLANDULA CONGLOMERATA.

Ex Cadavere.

Glandula maxillaris sinistra in lobos soluta; et ejus ductus injectione impletus.

A. A. A. Lobi majores glandulae conglomeratae, ex minoribus et minimis lobulis compositi.

b. b. b. Ductus excretorii lobulorum.

c. Ductus princeps seu communis, in quem lobulorum ductus finem habent.

FIG. XVI.

PERIOSTEUM.

Ex Albini Icon. Oss. Foet. hum. Tab. XVI.

Periostei, quod sinistram partem ossis frontis foetus maturi statim supra supercilium ambit, arteriae arte impletae.

a. Trunci maximi, qui sunt rami arteriolae quae secundum lacunar foraminis oculi decurrens, foramine supraorbitali exit, flectitque se ad frontem.

b. b. b. Trunculi, qui ab arteriis sub cute distributis demissi, ad periosteum accedunt.

FIG. XVII.

OSSIS PLANI STRUCTURA.

Ex Commentario Ant. Scarpa de penitiori ossium structura. Tab. I.

Os parietale foetus perfectam maturitatem nondum adepti, in quo reticulata ossea textura ex brevissimis tractubus ad acutos angulos simul concurrentibus facta manifestissima est.

FIG. XVIII.

INTIMIOR OSSIS FABRICA.

Ex ejusdem Operis. Tab. II.

Tibia adulti hominis, terra ac humiditate spoliata, mox in oleo terebinthinae conjecta e adverso lumine spectata.

a. a. a. Reticulata ossis textura, singillatim vero duri corticis.

b. b. b. Ejusdem tibiae partes nonnullae, quae acidis mineralibus non satis fuerant subactae et in cartilagineum parenchyma conversae.

FIG. XIX.

INTERIOR OSSIS CAVITAS.

Ex Albini Acad. Annotat. Lib. IV.

Os humeri infantis medium per laterum longitudinem dissectum, et qua parte sectum, expressum.

a.a.b.c.c.d.d. Truncus osseus.

a. a. Pars exterior, quae firmior, solidior, media crassissima, inde in utramque partem paulatim extenuans se.

b. Capacitas in medio, medullam continens.

c. c. Contextus fibratus, rarus.

d. d. Contextus pumiceus, eo subtilior, quo propior parti extremae.

e. e. Additamentum cartilagineum superius, in quo

f. Nucleus osseus in capite, quo humerus cum scapula committitur.

g. Nucleus alter in illa parte, quae continet tubera juxta caput eminentia. Nuclei a superiore parte jam conjuncti in unum.

h. h. Additamentum cartilagineum inferius, in quo

i. Nucleus osseus in capitulo, cum quo medius committitur.

FIG. XX.

CELLULOSA OSSIS.

Ex eodem Opere.

Pars superior ossis tibiae pueri, media per longitudinem laterum dissecta, et qua parte secta est, expressa.

a. a. Pars exterior trunci ossei, firmior, solidior, eo tenuior, quo propior parti extremae.

b. Intra eam contextus osseus rarus, pumiceus, quo propior parti extremae, hoc subtilior.

c. c. d. e. Additamentum superius, non nisi extrinsecus per ambitum suum cartilagineum *c. c. d.* Intus *e.* osseum, rarum, pumiceum.

FIG. XXI.

VASA OSSIUM.

Ex Albini Acad. Annotat. Lib. III.

a. a. Arteria major, per canalem ossis humeri hominis adulti, hic majorem partem dissectum, ad medullam penetrans.

b. Medulla, arteriarum impletarum plena.

c. Capacitas ossis, excussâ medullâ.

d. d. Os sectum, in quo arteriolae subtiles impletae.

OSSA.

TABULA IV.

Ex Albini Tab. Scelet. et muscul.

Continet figuram Sceleti hominis a priori maxime parte. Addita sunt ligamenta quaedam et cartilagines, sine quibus syntaxis haec ossium interrupta esset.

In Capite et spina.

A. Os frontis.

B. B. Foramina superciliorum, quorum sinistrum integrum est, dextrum ex parte deficit.

C. D. Sutura coronalis. *C.* pars ejus, quae sutura vera: *D.* pars, quae squamosa.

E. Os verticis sinistrum.

F. Sutura squamosa, quae fit ex conjunctione ossis verticis cum squamoso.

G. Sutura squamosa, quae fit ex conjunctione ossis verticis cum processu laterali maximo ossis multiformis.

H. Sutura squamosa, quae fit ex conjunctione ossis frontis cum processu laterali maximo multiformis.

I. Processus lateralis maximus ossis multiformis.

K. Sutura communis ossi squamoso cum psocessu laterali maximo multiformis.

L. Ossis temporis pars squamosa.

M. Osseus auris introitus.

N. Processus mammillaris ossis temporis.

O. Processus zygomaticus ossis temporis.

P. Sutura communis ossi jugali cum processu zygomatico ossis temporis.

Q. Q. Ossa jugalia.

R. R. Suturae communes ossi frontis cum jugalibus, juxta caudas superciliorum.

S. S. Suturae, quae in malis fiunt ex conjunctione ossium jugalium cum maxillaribus superioribus.

T. T. Ossium jugalium partes ad foramina oculorum pertinentes.

Inter *T.* et *W.* Sutura quae in foramine oculi fit e conjunctione ossis jugalis cum maxillari superiore.

Inter *T.* et *c.*: *T.* et *c.* Suturae communes ossibus jugalibus cum osse frontis in foraminibus oculorum.

Inter *T.* et *Y.*: *T.* et *Y.* Suturae communes ossibus jugalibus cum processibus lateralibus maximis multiformis.

V. V. Fissurae in fundis foraminum oculorum.

W. X. Ossis maxillaris superioris pars ad fundum foraminis oculi pertinens.

Inter *W.* et *X.* Sutura decurrens secundum canalem, qui per fundum foraminis oculi porrectus. Quae sutura etiam oram foraminis illius circumit, pertinetque ad exitum canalis supradicti, qui exitus est infra oram illam in gena.

Inter *X.* et *d.* Sutura communis ossi maxillari superiori cum plano.

Inter *X.* et *e.* Sutura communis ossi maxillari superiori cum osse unguis.

Y. Y. Processuum lateralium maximorum multiformis partes, quae pertinent ad foramina oculorum.

Inter *Y.* et *c.*: *Y.* et *c.* Suturae communes processibus lateralibus maximis multiformis cum osse frontis in foraminibus oculorum.

Z. Foramen, quo e calvariae cavo exeunt, foramenque oculi intrant tertius nervus cerebri, quartus, sextus, primus ramus quinti etc.

a. Processus tenuis ossis multiformis.

b. Foramen, quo e calvariae cavo exit, oculique fo-

ramen intrat nervus opticus una cum ramo arteriae carotidis internae.

Inter *a.* et *c.* Sutura communis processui tenui multiformis cum osse frontis in foramine oculi.

Inter *a.* et *d.* Sutura communis processui tenui multiformis cum osse plano in foramine oculi.

c. c. Ossis frontis partes ad foramina oculorum pertinentes.

Inter *c.* et *d.* Sutura communis ossi frontis cum plano.

Inter *c.* et *e. f.* Sutura communis ossi frontis cum osse unguis.

d. Os planum.

Inter *d.* et *e.* Sutura communis ossi plano cum osse unguis.

e. f. Os unguis.

f. Sinus ad canalem nasalem pertinens.

Inter *f.* et *g.* Sutura communis ossi unguis cum processu nasali ossis maxillaris superioris.

g. g. Processus nasales ossium maxillarium superiorum.

Inter *g.* et *k.*: *g.* et *k.* Suturae communes processibus nasalibus ossium maxillarium superiorum cum ossibus nasi.

h. Sutura communis processui nasali ossis maxillaris superioris cum osse frontis.

i. i. Suturae communes ossibus nasi cum osse frontis.

k. k. Ossa nasi.

Inter *k.* et *k.* Sutura communis ossibus nasi.

l. Pars interior processus nasalis ossis maxillaris superioris, ad nasum pertinens.

m. m. Ossa spongiosa inferiora.

Inter *l.* et *m.* dextri lateris, Sutura, quae fit ex conjunctione ossis spongiosi inferioris cum maxillari superiore.

n. o. Lamina ossis cribriformis, quae pertinet ad septum narium, *o.* extremitas ejus, cui continuatur cartilaginea pars septi.

p. Vomer.

Inter *n.* et *p.* Suturae species, facta ex connexione vomeris cum lamina ossis cribriformis.

q. Ossis maxillaris superioris pars, quae ad inferiora narium pertinet.

r. Sutura ossibus maxillaribus superioribus communis.

s. s. Ossa maxillaria superiora, qua in malis sunt.

t. t. Foramina, quae sunt exitus canalium, qui per fundum foraminum oculorum deducti.

u. Processus aliformis ossis multiformis.

w. x. y. z. Maxilla inferior. *x.*, foramen, quo exit nervus cum vasis e canali maxillae. *y.*, processus coronoideus. *z.*, collum, in cujus summo capitulum, quo maxilla cum osse temporis committitur.

α. Lamella cartilaginea, interjecta articulo maxillae cum osse temporis.

β. – *ι.* In utraque maxilla, dentes sinistri. *β.β.*, incisores primi. *γ.γ.*, incisores secundi. *δ.δ.*, canini. *ε.ε.*, molares primi. *ζ.ζ.*, secundi. *η.η.*, tertii. *θ.θ.*, quarti. *ι.ι.*, quinti. Ex iis dextri, qui respondent, intelligentur.

κ. Corpus atlantis, qua parte in epistrophaeo innixum, et caput sustinet.

λ. Corpus epistrophaei, qua parte atlantem sustinet.

μ. Processus obliquus inferior vertebrae colli quintae.

ν. ξ. ο. π. Quarta colli vertebra. *ν.*, processus obliquus superior. *ξ.*, processus obliquus inferior. *ο.*, processus transversus· *π.*, corpus.

ρ. Foramen inter quartam et tertiam.

σ. σ. etc. Ligamenta, quae inter corpora vertebrarum intercedunt, aliaque aliis alligant.

τ. υ. φ. χ. Tertia colli vertebra. *τ.*, corpus. *υ. υ.*, processus transversi. *φ. φ.*, obliqui superiores. *χ.*, obliquus inferior.

ψ. ω. Γ. Secunda colli vertebra. *ψ. ψ.*, processus obliqui superiores. *ω. ω.*, transversi. *Γ.*, corpus.

Δ. Θ. Λ. Ξ. Prima colli vertebra. Δ. Δ., processus obliqui superiores. Θ. Θ., transversi. Λ. Λ., obliqui inferiores. Ξ., corpus.

Π. Σ. Φ. Ψ. Duodecima dorsi vertebra. Π. Π., processus obliqui superiores. Σ., transversus. Φ. Φ., obliqui inferiores. Ψ., corpus.

In spina, thorace, clavicularis, scapulis, humeris.

Ω. *a. b.* Undecima vertebra dorsi. Ω., corpus. *a. a.*, processus obliqui superiores, *b. b.*, transversi.

c. Processus transversus sextae dorsi.

d. d. e. e. Tertia vertebra dorsi. *d. d.*, corpus. *e. e.*, processus transversi.

f. g. g. Secunda vertebra dorsi. *f.*, corpus. *g. g.*, processus transversi.

h. Primae vertebrae dorsi corpus.

i. k. k. Quinta lumborum. *i.*, corpus. *k. k.* processus transversi.

l. m. m. n. Quarta lumborum. *l.* corpus. *m. m.*, processus transversi. *n.*, obliquus superior.

o. p. p. Tertia lumborum, *o.*, corpus. *p. p.*, processus transversi.

q. q. r. r. s. Secunda lumborum. *q. q.*, processus obliqui superiores. *r. r.*, transversi. *s.*, corpus.

t. u. v. w. Prima lumborum. *t. t.*, processus obliqui superiores. *u. u.*, transversi. *v. v.*, obliqui inferiores. *w.*, corpus.

x. y. z. A. Os sacrum. *x. x.*, processus obliqui superiores primae ejus vertebrae. *y. y.*, latera sacri. *z. z. z.*: *z. z. z.*, foraminum anteriorum tria prima ab utroque latere. *A. A. A. A.*, corpora quatuor superiora: inter quae lineae osseae, quae fuerant olim ligamenta.

B. Coccygis ossiculum quartum.

C. D. E. F. Sternum. *C.* os superius. *D.* medium. *E.* inferius sive cartilaginis mucronatae. *F.* cartilago mucronata.

G. H. Ligamenta, quibus ossa sterni inter se colligata.

G. quo os medium cum inferiore. *H.* quo medium cum superiore.

I. K. L. M. Costa prima in utroque latere. *K.* capitulum, quo commissa cum processu transverso vertebrae duodecimae dorsi. *L.* pars prima, qua commissa cum corpore ejusdem duodecimae. *M.* extremum cartilagineum, quo continuata sterno.

N. N. O. P. Costa secunda. *O.* pars prima qua committit se cum corporibus undecimae et duodecimae vertebrarum dorsi. *P.* extremum cartilagineum.

Q. R. Costa tertia. *R.* extremum cartilagineum.

S. T. Costa quarta. *T.* extremum cartilagineum.

V. W. X. Costa quinta. *W.* extremum cartilagineum. *X.* hac parte latescens, alligatumque cartilagini, ad quam pertinet, costae sextae.

Y. Z. Γ. Costa sexta. *Y.* extremum cartilagineum, *Z.* latescens hac parte, et alligatum costae septimae cartilagini ad quam pertinet.

Δ. Θ. Λ. Costa septima. Θ. extremum cartilagineum, quod hac parte Λ. latescit, et alligatur cartilagini costae octavae.

Ξ. Π. Σ. Costa octava. Π. extremum cartilagineum, Σ. hac parte in aliquibus latescens, pertinensque ad cartilaginem costae septimae, eidemque alligatum.

Φ. Φ. Ψ. Costa nona. Ψ. extremum cartilagineum.

Ω. Ω. *α.* Costa decima. *α.* extremum cartilagineum.

β. β. β. γ. Costa undecima. *γ.* extremum cartilagineum.

δ. ε. δ. ε. Costa duodecima. *ε.* extremum cartilagineum.

ζ. η. ι. Clavicula in utroque latere. *η.* caput sterno innixum. *ι.* caput ad scapulae processum superiorem pertinens.

θ. θ. Cartilagines interjectae articulis clavicularum cum sterno.

κ. κ. Cartilagines interjectae articulis clavicularum cum processibus superioribus scapularum.

λ. μ. ν. ξ. ο. π. Scapula in utroque latere. μ. spina. ν. processus coracoideus. ξ. processus superior. ο. cervix. π. cartilaginea crusta, qua cervix augetur.

In humeris, cubitis, manibus.

ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω. a. b. Ossa humerorum. ρ. caput laevi cartilagine crustatum. σ. tuber inaequabile majus capitis superioris. τ. tuber inaequabile minus ejusdem. Inter haec tubera sinus, per quem delabitur tendo capitis longioris *Bicipitis* brachii. φ. sinus qui recipit caput superius radii, quo tempore cubitus flexus, quantum potest. χ. sinus, qui recipit processum ulnae, quo tempore cubitus quantum potest flexus. ψ. Rotula laevi cartilagine crustata; quae rotula committitur cum ulna. ω. tuber laevi cartilagine crustatum, quo committitur cum radio. a. condylus minor. b. major.

c. d. e. f. g. Ulna in utroque latere. d. caput superius, in eoque superficies inaequabilis, cui se *Brachialis internus* inserit. e. f. capitulum, quo radium sustinet; in eoque f. ambitus laevi cartilagine crustatus. g. processus styloides.

h. i. k. l. m. n. o. p. q. Radii. i. capitulum superius. k. ambitus capituli superioris laevi cartilagine crustatus. l. capitulum, ad cujus partem posteriorem *Bicipitis* brachii tendo desinit, ad priorem inflectitur cum manus in pronum veritur. m. n. o. p. q. capita inferiora. n. sinus, per quem delabuntur tendines *Abductoris longi* pollicis et *Extensoris minoris*. o. sinus per quem tendo *Radialis externi brevioris*. q. sinus, per quem tendo *Extensoris majoris pollicis*.

r. s. t. Ossa navicularia carporum. s. tuber, quo cum radio committitur, laevi cartilagine crustatum. t. tuber, quo cum multangulis committitur, laevi cartilagine crustatum.

u. w. Ossa lunata. w. tuber, laevi cartilagine crustatum, quo cum radio committitur.

x. x. Ossa triquetra. In dextro crusta laevis cartilaginea, qua cum lunato et cum cubito committitur.

y. Os subrotundum.

z. A. A. B. Ossa cuneiformia carporum. *A. A.* pars laevi cartilagine crustata, qua committitur cum triquetro et lunato. *B.* processus unciformis.

C. D. Os capitatum. *D.* caput laevi cartilagine crustatum, quo committitur cum lunato et naviculari.

E. Os multangulum minus.

F. Os multangulum majus.

G. H. Os metacarpi pollicis. *H.* caput inferius laevi cartilagine crustatum, qua parte committitur cum osse primo pollicis, et cum sesamoideis.

I. K. Ossa sesamoidea apposita ad articulum pollicis cum metacarpo suo.

L. M. Os primum pollicis. *M.* caput inferius cartilagine laevi crustatum, qua parte committitur cum osse ultimo.

N. Sesamoideum, appositum ad articulum pollicis ossis primi cum ultimo.

O. Os ultimum pollicis.

P. Q. R. S. T. Metacarpus. *P.* os metacarpi indicis, *Q.* medii, *R.* annularis, *S.* auricularis. *T.* caput inferius, quo cum digito committitur, laevi cartilagine crustatum: eodemque modo in reliquis.

V. W. Ossicula sesamoidea, in aliquibus inventa.

X. Y. Y. Z. Z. Γ. Δ. Ossa primi ordinis digitorum manus. *X.* indicis, *Y.* medii, *Z.* annularis, Γ. auricularis, Δ. caput inferius, quo cum osse secundi ordinis committitur, crusta cartilaginea laevi opertum quemadmodum in reliquis quoque digitis.

Θ. Λ. Ξ. Π. Σ. Ossa secundi ordinis digitorum manus. Θ. indicis, Λ. medii, Ξ. annularis, Π. auricularis. Σ. caput inferius, quo cum osse tertii ordinis commissum, laevi cartilagine crustatum: sic et in reliquis digitis.

Φ. Ψ. Ω. *α*. Ossa tertii ordinis digitorum manus. Φ. indicis, Ψ. medii, Ω. annularis, *α*. auricularis.

β. *γ*. *δ*. *ε*. *ζ*. *η*. *θ*. *ι*. *ι*. *κ*. *λ*. *μ*. Ossa coxarum. *β*. *γ*. *δ*. os ilium. *γ*. crista ossis ilium. *δ*. tuberculum, a quo oritur *Rectus cruris*. *ε*. *ε*. *ζ*. ischion. *ζ*. sinus, per quem delabitur *Iliacus internus* cum *Psoa magno*. *η*. acutus processus ischii. *θ*. tuber ischii. *ι*. *ι*. *κ*. *λ*. os pubis. *κ*. spina ossis pubis, a qua oritur *Pectineus*. *λ*. tuberculum, cui inseritur tendo inferior idemque exterior illorum, in quos se findit aponeurosis *Obliqui externi* abdominis. *μ*. foramen magnum.

In coxis et pedibus.

ν. Cartilago pubis ossibus interjecta, eaque connectens inter se.

ξ. *ο*. *π*. *ρ*. *σ*. *τ*. *υ*. *φ*. *χ*. *ψ*. Os femoris. *ξ*. caput laevi cartilagine crustatum. *ο*. collum. *π*. trochanter major. *ρ*. eminentia inaequabilis, cui affixum ligamentum, quod articulum coxae continet. *σ*. trochanter minor. *υ*. condylus exterior. *φ*. interior. *χ*. sinus laevi cartilagine crustatus, ad articulum patellae pertinens. *ψ*. huc usque pertinens crusta carlilaginea laevis, quae condylos, qua cum tibia committuntur, operit.

ω. Patella in utroque latere.

a. *b*. Cartilago semilunaris interior articuli genu. *b*. ad postremum in ligamentum vertitur eoque inserta tibiae.

c. *d*. Cartilago semilunaris exterior, *d*. ad postremum in ligamentum versa, quod tibiae insertum.

e. *f*. *g*. *h*. *i*. *k*. *l*. Tibia in utroque latere. *e*. caput superius. *f*. *g*. crustae cartilagineae laeves, operientes verticem tibiae, quibus is partibus ad genu articulum pertinens est. *h*. tuberculum, cui affixum ligamentum a patella procedens, eamque tibiae alligans. *i*. spina, *k*. *l*. caput inferius, *l*. malleolus internus.

m. n. o. Fibula. *m.* caput superius. *n.* spina. *o.* caput inferius, quod est malleolus externus.

p. q. r. Talus. *q.* crusta cartilaginea laevis, qua intectum tuber ejus, quo cum crure committitur. *r.* crusta similis, qua tectum caput ejus.

s. t. Calcaneus. *t.* pars quae cervicem tali sustinet.

u. Os naviculare tarsi in utroque latere.

v. Os cuneiforme majus tarsi.

w. Os cuneiforme minus tarsi.

x. Os cuneiforme medium tarsi.

y. Os cubiforme.

z A. B. C. D. E. Metatarsi ossa. *z.* digiti quarti parvorum digitorum, *A.* tertii, *B.* secundi, *C.* primi. *D.* pollicis. *E.* crusta cartilaginea laevis, qua intectum caput cum primo osse pollicis commissum: cui similes in reliquis digitis.

F. G. Ossa sesamoidea, quae apposita ad articulum pollicis cum suo metatarsi osse.

H. Os primum pollicis.

I. Os ultimum pollicis.

K. L. M. N. Ossa primi ordinis digitorum parvorum. *K.* primi, *L.* secundi, *M.* tertii, *N.* quarti.

O. P. Q. R. Ossa secundi ordinis digitorum parvorum. *O.* primi, *P.* secundi, *Q.* tertii, *R.* quarti.

S. T. V. W. Ossa tertii ordinis digitorum parvorum. *S.* primi, *T.* secundi, *V.* tertii, *W.* quarti.

TABULA V.

Ex eodem Opere.

Idem Sceletus ab aversa parte expressus, statu eodem. Pariterque, ut continua esset syntaxis, addita ligamenta quaedam et cartilagines, quibus in locis necessarium fuit.

In Capite et spina.

a. a. Ossa verticis.
b. b. Foramina verticalia.
c. Sutura sagittalis.
d. d. Sutura lambdiformis.
e. Os occipitis.
f. Sutura squamosa, facta ex conjunctione ossis squamosi cum osse verticis.
g. g. Suturae verae, factae ex conjunctione ossium mammillarium cum ossibus verticis.
h. Os squamosum.
i. i. i. i. Suturae lambdiformis additamenta.
k. k. Foramina per quae rami venarum jugularium internarum penetrant ad sinus laterales durae meningis.
l. l. Processus mammillares ossium temporum.
m. Os frontis.
n. Sutura, facta e conjunctione ossis jugalis cum osse frontis juxta caudam supercilii.
o. Sutura, facta e conjunctione processus zygomatici ossis temporis cum osse jugali.
p. p. Os jugale.
q. Processus zygomaticus ossis temporis.
r. Os maxillare superius.

Inter *r.* et proximam *p.* Sutura, quae fit ex conjunctione ossis jugalis cum maxillari superiore.

s. Lamella cartilaginea, interjecta articulo maxillae inferioris cum osse temporis.

t. u. u. u. u. Maxilla inferior. *t.* capitulum, quo committitur cum osse temporis.

w. w. Ossa maxillaria superiora, quibus partibus ad palatum pertinent.

In maxilla dentes apparent per se.

x. x. Processus styliformes ossium temporum.

y. y. z. A. B. C. D. D. E. Atlas. *y. y.* processus transversi. *z.* foramen processus transversi. *A.* arcus, qui in quibusdam invenitur: is cum sinu, per quem arteria vertebralis pone atlantis corpus se flectit, efficit foramen *B.* per quod arteria illa penetrat in specum vertebrarum, ut alias per sinum, qualis *C.* in parte sinistra. *C.* sinus in postica parte corporis atlantis, qua corpus illud caput sustinet; per quem sinum se flectit arteria vertebralis, in specum vertebrarum penetratura. *D. D.* partes inferiores corporis, quibus epistrophaeo innixus. *E.* eminentia asperula, quae spinae loco est, et a qua oriuntur *Recti capitis postici minores.*

F. G. H. I. K. L. Epistrophaeus. *F.* axis. *G.* pars corporis interior. *H. H.* duo corporis vertices, quibus atlantem sustinet. *I. I.* processus transversi. *K. K.* processus obliqui inferiores. *L.* spina.

M. N. Vertebrae colli. *M.* quinta. *N.* quarta.

O. P. Q. R. Vertebra colli tertia. *O.* spina. *P. P.* processus obliqui superiores. *Q. Q.* processus obliqui inferiores. *R. R.* processus transversi. Ex hac reliquarum colli vertebrarum partes intelligi quoque poterunt.

S. Vertebra colli secunda.

T. Vertebra colli prima.

V. Dorsi vertebra duodecima.
W. - - - - - - undecima.
X. - - - - - - decima.
Y. - - - - - - nona.
Z. α. β. γ. Dorsi vertebra octava. *Z. Z.* processus obliqui superiores. *α. α.* processus transversi. *β. β.* processus obliqui inferiores. *γ.* spina. Intelligi ex hac una partes dorsi reliquarum poterunt.
δ. Vertebra dorsi septima.
ε. - - - - - - sexta.
ζ. - - - - - - quinta.
η. - - - - - - quarta.
θ. - - - - - - tertia.
ι. - - - - - - secunda.
κ. λ. μ. Vertebra dorsi prima, cujus *λ. λ.* processus transversi, veluti reflexi pone articulos processuum obliquorum superiorum vertebrae hujus cum obliquis inferioribus secundae. *μ. μ. μ.* corpus.
ν. Quinta lumborum vertebra.
ξ. ο. π. ρ. σ. Quarta lumborum. *ξ.* spina. *ο. ο.* processus obliqui superiores. *π. π.* processus transversi. *ρ. ρ.* processus obliqui inferiores. *σ. σ. σ.* corpus. Reliquarum vertebrarum lumborum partes non difficile erit ex hac intelligere.
τ. Lumborum vertebra tertia.
υ. - - - - - - - - secunda.
φ. - - - - - - - - prima.
χ. χ. etc. Ligamenta, quae intercedunt inter corpora vertebrarum, eaque colligant inter se.
ψ. ω. Γ. Δ. Θ. Λ. Os sacrum. *ψ. ψ.* processus obliqui superiores. *ω. ω. ω. ω. ω. ω. ω. ω.* foramina posteriora. *Γ. Γ. Γ.* spinae. *Δ. Δ.* processus obliqui inferiores, cum quibus committuntur obliqui superiores primi ossiculi coccygis. *Θ.* corpus quartae vertebrae illarum e quibus os sacrum constat. Inter *Θ.* et *Λ.* pars ossea corporibus quartae et

quintae interjecta et continuata, quae fuerat olim ligamentum. Λ. corpus quintae vertebrae ossis sacri.

Inter Λ. et Ξ. Ligamentum inter corpus imum sacri et coccygis summum intercedens, eaque colligans inter se.

Ξ. Π. Σ. Coccygis os primum. Ξ. corpus. Π. processus transversus: qualis etiam in altero latere. Σ. processus obliquus superior: qualis in altero quoque latere.

Inter Ξ. et Φ. Ligamentum, quo coccygis primi et secundi corpora colligata inter se.

Φ. Coccygis ossiculum secundum.

Ψ. - - - - - - - tertium.

Ω. - - - - - - - quartum.

In thorace, claviculis, scapulis, brachiis, manibus.

a. a. b. b. Sternum.

c. c. d. d. Costa prima in unoquoque latere. *d. d.* pars cartilaginea.

e. e. e. f. Costa secunda. *f.* pars cartilaginea.

g. g. g. h. Costa tertia. *h.* pars cartilaginea.

i. i. k. Costa quarta. *k.* pars cartilaginea.

l. l. m. Costa quinta. *m.* pars cartilaginea.

n. n. n. n. o. Costa sexta. *o.* pars cartilaginea.

p. p. p. p. q. q. Costa septima. *q.* pars cartilaginea.

r. r. r. r. s. Costa octava. *s.* pars cartilaginea.

t. t. t. u. Costa nona. *u.* pars cartilaginea.

w. x. x. x. Costa decima. *x.* pars cartilaginea.

y. z. Costa undecima. *z.* pars cartilaginea.

A. B. Costa duodecima. *B.* pars cartilaginea.

C. C. C. C. Clavicula.

D. Lamella cartilaginea, quae interjecta articulo claviculae cum processu superiore scapulae.

E. F. G. H. I. Scapula. *F.* spina. *G.* processus superior. *H.* cervix. *I.* cartilago sinum cervicis incrustans.

K. L. M. N. O. P. Os humeri. *K.* caput laevi cartilagine crustatum, quo cum scapulae sinu committitur. *L.* tuber inaequabile majus capitis superioris.

nus, per quem arteria, vena, et nervus incedunt. *N.* sinus, qui cum extenditur cubitus, recipit olecranum. *O.* condylus minor. *P.* condylus major.

Q. R. S. T. Ulna. *R.* olecranum. *S.* capitulum, quo radium sustinet. *T.* processus styloides.

V. W. X. Y. Z. α. β. Radius in utroque latere. *W. X.* capitulum superius. *X.* ambitus capituli laevi cartilagine crustatus quo mobile est in ulnae sinu. *Y.* sinus, qui continet tendines *Abductoris longi pollicis*, et *Extensoris minoris*. *Z.* sinus, qui continet tendines *Radialium externorum*. *α.* sinus, qui tendinem *Extensoris majoris pollicis*. *β.* sinus, qui tendines *Extensoris communis digitorum*, *Extensoris* digiti auricularis *proprii*, et *Indicatoris*.

γ. δ. ε. Os naviculare carpi. *δ.* capitulum laevi cartilagine crustatum, quo cum radio committitur. *ε.* capitulum laevi cartilagine crustatum, quo cum multangulis committitur.

ζ. Os lunatum. In dextra manu, qua cum radio committitur, crusta cartilaginea laevi tectum.

η. θ. Os triquetrum. *θ.* superficies laevi cartilagine crustata, qua cum cuneiformi committitur.

ι. Os subrotundum.

κ. λ. Os cuneiforme carpi. *λ.* superficies laevi cartilagine crustata, qua committitur cum triquetro.

μ. ν. Os capitatum. *ν.* caput laevi cartilagine crustatum, quo cum naviculari et lunato committitur.

ξ. Os multangulum minus.

ο. Os multangulum majus.

π. ρ. Metacarpus pollicis. *ρ.* caput inferius crusta cartilaginea laevi opertum, qua parte committitur cum osse primo pollicis, et cum sesamoideis. Idem in pollice sinistro.

σ. σ. Ossa sesamoidea apposita ad articulum pollicis cum metacarpo suo.

τ. υ. Pollicis os primum. υ. crusta cartilaginea laevis, qua tecta capitis inferioris pars illa, cum qua os ultimum committitur.

φ. Os ultimum pollicis.

χ. ψ. ω. Γ. Δ. Ossa metacarpi. χ. indicis, ψ. medii, ω. annularis, Γ. Δ. auricularis. Δ. crusta cartilaginea, qua opertum est caput inferius, qua parte committitur cum osse primi ordinis. Talis et in reliquis.

Θ. Λ. Ξ. Π. Σ. Digitorum ossa primi ordinis. Θ. auricularis, Λ. annularis, Ξ. medii, Π. Σ. indicis. Σ. crusta cartilaginea integens caput inferius, qua parte ad articulum cum osse secundi ordinis pertinet: qualis in reliquis quoque digitis.

Φ. Ψ. Ω. *a. b.* Digitorum ossa secundi ordinis; Φ. indicis, Ψ. medii, Ω. annularis, *a. b.* auricularis. *b.* pars capitis inferioris ad articulum cum osse tertii ordinis pertinens, laevi cartilagine crustata. Simile in digitis reliquis.

In coxis et pedibus. *c. d. e. f.* Digitorum ossa tertii ordinis.

g. h. i. k. l. m. Ossa coxarum. *g. h.* os ilium. *h.* crista. *i* ischion. *k.* processus acutus ischii. *l.* tuber ischii. *m.* os pubis.

n. o. p. q. r. s. t. u. w. x. Os femoris in utroque latere. *n.* caput, quod in acetabulum conjectum, laevi cartilagine crustatum est. *o.* collum. *p.* trochanter major. *q.* trochanter minor. *r.* aspera eminentia per longitudinem partis posticae femoris porrecta. *s. t.* condylus exterior, cujus *t.* pars ad articulum genu pertinens, laevi cartilagine operta est. *u. w.* condylus interior; ejus *w.* pars, quae pertinet ad articulum genu, laevi cartilagine crustata. *x.* sinus inter condylos.

y. z. Cartilago semilunaris exterior, quae inserta articulo genu, *z.* in ligamentum abit, quod ad postremum affigitur condylo interiori.

A. B. Cartilago semilunaris genu articulo inserta inte-

rior, *B.* affixa tibiae, extremo in ligamentum verso.

C. D. E. F. G. Tibia dextra tum et sinistra. *D. E.* capitis superioris partes ad articulum genu pertinentes, laevi cartilagine crustatae. *F.* malleolus internus. *G.* sinus, per quem incedit tendo *Tibialis postici* et *Flexoris longi* digitorum pedis.

H. I. K. L. Fibula. *I.* caput superius, quo cum tibia committitur. *K.* malleolus externus. *L.* sinus per quem incedunt tendines *Peroncorum, longi* et *brevis*.

M. N. O. P. Talus. *N. O.* cartilago laevis, qua crustatum est tuber ejus, tum *N.* qua parte committitur cum imo tibiae, tum *O.* qua cum fibula. *P.* caput.

Q. R. Calcanei os. *R.* eminentia, ad quam se flectit tendo *Peronei longi*.

S. Os naviculare tarsi.

T. Os cuneiforme minus tarsi.

V. Os cuneiforme medium tarsi.

W. Os cubiforme.

X. Os metatarsi digiti primi parvorum.

Y. Os metatarsi digiti secundi parvorum.

Z. Os metatarsi digiti tertii parvorum.

α. Os metatarsi digiti quarti parvorum.

β. γ. δ. ε. Ossa primi ordinis digitorum parvorum. *β.* quarti, *γ.* tertii, *δ.* secundi, *ε.* primi.

ζ. η. Ossa secundi ordinis digitorum parvorum. *ζ.* quarti, *η.* tertii.

θ. ι. κ. Ossa tertii ordinis digitorum parvorum. *θ.* quarti, *ι.* tertii, *κ.* secundi.

λ. Os primum pollicis.

μ. Os metatarsi pollicis.

ν. Os cuneiforme majus tarsi.

ξ. ο. Ossa sesamoidea, quae apposita ad articulum pollicis cum suo metatarso. *ξ.* interius, *ο.* exterius.

TABULA VI.

Ex eodem Opere.

Eumdem etiam haec Sceletum exhibet, a latere expressum; sed statu alio. Atque huic quoque ad syntaxin continuam efficiendam, ligamenta et cartilagines quibusdam in locis additae sunt, ut poscebat necessitas.

In Capite et spina.

A. A. Ossa verticis.

B. Sutura sagittalis.

C. C. Foramina verticalia.

D. D. Sutura lambdiformis.

E. Os occipitis.

F. G. Processus mammillares ossis temporis. *F.* eminentia, a qua *Biventer* maxillae oritur.

H. Foramina, alterum in osse mammillari juxta suturae lambdiformis additamentum: alterum in illo ipso additamento; per quod foramen vena penetrat ad sinum lateralem durae matris.

I. Additamentum suturae lambdiformis.

K. Sutura vera, facta e conjunctione ossis mammillaris cum osse verticis.

L. Os mammillare.

M. Osseus auris introitus.

N. Processus zygomaticus ossis temporis.

O. Os squamosum.

P. Sutura squamosa, facta e conjunctione ossis squamosi cum osse verticis.

Q. R. S. Sutura coronalis. *Q.* hac parte sutura vera est. *R. S.* hac squamosa, qua ossi frontis subit. *R.* os verticis, *S.* multiforme.

T. Os frontis .

V. Sutura squamosa , facta e conjunctione ossis multiformis cum osse verticis .

W. Sutura facta e conjunctione processus lateralis maximi multiformis cum osse squamoso .

X. Processus lateralis maximus ossis multiformis .

Y. Sutura communis ossi frontis cum jugali juxta caudam supercilii .

Z. Ossis jugalis pars , quae est in cavo temporis .

Infra *Z.* Sutura communis ossi jugali cum maxillari superiore in cavo temporis .

Inter *Z.* et *X.* Sutura communis ossi jugali cum processu laterali maximo multiformis .

a. Os maxillare superius .

Inter *a.* et *X.* Fissura , quae inter os maxillare superius , jugale, et multiforme relinquitur .

b. Ossis jugalis pars exterior .

c. Sutura communis ossi jugali cum processu zygomatico ossis temporis .

d. Os maxillare superius .

c. f. g. g. Maxilla inferior. *e.* processus coronoideus. *f.* condylus , quo committitur cum osse temporis .

Mox supra *f.* Lamella cartilaginea, quae interjecta articulo maxillae .

h. i. Pars concava processus pterygoidei sinistri ossis multiformis . *i.* hamulus, qui sustinet et retinet tendinem *Circumflexi palati* .

k. l. Os maxillare superius . *k.* pars , quae gingivam efficit . *l.* pars , quae in palato est .

m. m. m. Dentes in utraque maxilla .

n. o. p. q. Atlas. *n.* pars corporis sinistra, qua processum coronoideum ossis occipitis excipit, et caput sustinet articulo mobili . *o. o.* corporis partes duae inferiores, quibus in epistropheum innixus articulis mobilibus . *p. p.* processus transversi . *q.* pars inaequabilis, quae spinae loco est; a qua parte oriuntur *Recti capitis postici minores* .

r. s. t. u. Epistrophaeus. *r. r.* corporis partes duae, quibus atlantem sustinet mobilibus articulis. *s.* processus transversus, in quo foramen pro arteria et vena vertebrali. *t.* processus obliquus inferior. *u.* spina, extremo bifida.

v. w. x. y. z. Quinta colli vertebra. *v.* corpus. *w.* processus transversus. *x.* processus obliquus superior. *y.* processus obliquus inferior. *z.* spina.

a. a. etc. Ligamenta, quae inter corpora vertebrarum intercedunt, aliaque aliis alligant.

β. γ. δ. ε. Colli vertebrae. *β.* quarta. *γ.* tertia. *δ.* secunda. *ε.* prima. Partes earum intelliguntur ex partibus quintae.

ζ. η. θ. Vertebra duodecima dorsi. *ζ.* corpus. *η.* processus transversus. *θ.* spina.

ι. κ. λ. Undecima dorsi vertebra. *ι.* processus transversus. *λ.* spina.

μ. Processus transversus vertebrae decimae dorsi.

ν. ν. etc. Viae inter vertebras paratae pro nervis spinalibus, etc.

ξ. ο. π. ρ. σ. Spinae vertebrarum dorsi, *ξ.* decimae, *ο.* nonae, *π.* octavae, *ρ.* septimae, *σ.* sextae.

τ. υ. Quinta vertebra dorsi. *τ.* spina. *υ.* corpus.

φ. χ. ψ. Quarta vertebra dorsi. *φ.* corpus. *ψ.* spina.

ω. Γ. Δ. Tertia vertebra dorsi. *ω.* corpus. Γ. processus obliquus inferior. Δ. spina.

Θ. Λ. Ξ. Secunda vertebra dorsi. Θ. Θ. corpus. Λ. processus obliquus superior. Ξ. spina.

Π. Σ. Φ. Prima vertebra dorsi. Π. corpus. Φ. spina.

Ψ. Ψ. Ω. Quinta lumborum vertebra. Ψ. Ψ. corpus. Ω. spina.

A. Æ. B. C. D. Quarta vertebra lumborum. *A. A.* corpus. *Æ.* processus obliquus superior. *B.* transversus. *C. C.* obliquus inferior. *D.* spina.

In spina.

E. F. G. H. I. Tertia vertebra lumborum. *E.* corpus. *F.* processus transversus. *G.* processus obliquus superior. *H.* spina. *I.* processus obliquus inferior.

K. Secunda lumborum vertebra. Partes ejus intelliguntur ex tertia.

L. M. Prima lumborum vertebra. *L.* processus obliquus superior. *M.* spina.

N. O. P. Os sacrum. *N.* lateris pars inaequabilis infra os ilium. *O.* spina tertia. *P.* processus obliquus inferior, qui cum superiore primi ossiculi coccygis committitur.

Q. R. Coccygis ossiculum primum. *Q.* processus obliquus superior. *R.* corpus.

S. T. Coccygis ossicula. *S.* secundum. *T.* tertium.

V. W. X. Costa sinistra prima. *V.* pars prima, qua corpori vertebrae duodecimae dorsi inhaeret. *W.* capitulum, quo commissa cum processu transverso ejusdem vertebrae.

In thorace, scapulis, clavicula.

Y. Z. a. a. b. Costa sinistra secunda. *Y.* pars prima, qua inhaeret sinui communi corporibus vertebrarum dorsi duodecimae et undecimae. *Z.* capitulum, quo committitur cum processu transverso vertebrae dorsi undecimae. *b.* extremum cartilagineum.

c. Costa dextra secunda.

d. d. e. Costa sinistra tertia. *e.* extremum cartilagineum.

f. f. Costa dextra tertia.

g. h. Costa sinistra quarta. *h.* extremum cartilagineum.

i. i. k. Costa dextra quarta. *k.* extremum cartilagineum.

l. m. Costa sinistra quinta. *m.* extremum cartilagineum.

n. n. o. o. Costa dextra quinta. *o. o.* extremum cartilagineum.

p. p. q. Costa sinistra sexta. *q.* extremum cartilagineum.

r. r. s. s. Costa dextra sexta. *s. s.* extremum cartilagineum.

t. t. u. Costa sinistra septima. *u.* extremum cartilagineum.

v. v. w. w. Costa dextra septima. *w. w.* extremum cartilagineum.

x. y. Costa sinistra octava. *y.* extremum cartilagineum.

z. z. z. 1. 1. Costa dextra octava. *1. 1.* extremum cartilagineum.

2. 3. Costa sinistra nona. *3.* extremum cartilagineum.

4. 4. 5. 5. Costa dextra nona. *5. 5.* extremum cartilagineum.

6. 6. 7. Costa sinistra decima. *7.* extremum cartilagineum.

8. 8. 9. Costa dextra decima. *9.* extremum cartilagineum.

10. 10. 11. Costa sinistra undecima. *11.* extremum cartilagineum.

12. 12. 13. Costa dextra undecima. *13.* extremum cartilagineum.

14. 15. 15. 16. Costa sinistra duodecima. *14.* pars prima, qua inhaeret corpori vertebrae dorsi primae. *16.* extremum cartilagineum.

17. Scapula dextra ex interiore parte.

18. 19. 20. 21. 22. Scapula sinistra. *19.* cervix. *20.* pars cartilaginea, qua cervix augetur tegiturque sinus, qui cum humero committitur. *21.* spina. *22.* processus superior.

23. Clavicula sinistra.

24. Os pectoris.

In brachiis et manibus.

A. B. C. D. E. F. G. H. Os humeri in utroque latere. *A.* in sinistro, eminentia, ad quam desinit *Deltoides*. *B. C. D.* caput superius. *B.* capitis superioris tuber inaequabile minus. *C.* capitis superioris tuber inaequabile majus. Inter *B* et *C*, sinus, quo continetur tendo capitis longioris *Bicipitis brachii*. *D.* crusta cartilaginea laevis, qua operta capitis pars, quae cum sinu scapulae committitur. *E.* condylus minor. *F.* caput laevi cartilagine crustatum, cum quo radius committitur. *G.* rotula laevi cartilagine crustata, cum qua committitur ulna. *H.* condylus major.

I. K. L. M. Ulna in utroque latere. *I.* olecranon. *L.* capitulum laevi per ambitum cartilagine crustatum, cum quo committitur radius. *M.* processus styloides.

N. O. P. Q. R. S. Radius, tum dexter, cum sinister. *O.* caput superius. *P.* tuberculum, ad cujus partem posteriorem desinit tendo *Bicipitis brachii*, ad priorem idem ille se inflectit, cum manus in pronum vertitur. *Q. Q. R. S.* capita inferiora. *R.* sinus, per quem incedunt tendines pollicis manus *Extensoris minoris* et *Abductoris longi*. *S.* sinus, rursus distinctus in duos, per quem incedunt tendines *Radialium externorum*.

T. V. Os naviculare carpi . *V.* caput laevi cartilagine crustatum , quo cum multangulis committitur .

W. Os lunatum .

X. Y. Os triquetrum . *X.* pars laevi cartilagine crustata , qua parte committitur cum cubito , intervenient ligamento , quod ab imo capituli ulnae deductum ad imum radium , qua parte is cum ulna committitur .

Z. Os subrotundum .

a. Os multangulum majus .

b. Os multangulum minus .

c. c. Os capitatum .

d. e. f. Os cuneiforme carpi . *e.* pars laevi cartilagine crustata , qua parte committitur cum triquetro . *f.* processus unciformis .

g. h. Os metacarpi pollicis . *h.* crusta cartilaginea , qua caput inferius , qua parte cum eo os primum et sesamoidea committuntur, opertum. Idem in dextro pollice .

i. i. Ossa sesamoidea , quae apposita ad articulum pollicis cum metacarpo suo .

k. l. Os primum pollicis manus . *l.* crusta cartilaginea , qua intectum caput inferius , qua parte cum eo os ultimum committitur .

m. Os ultimum pollicis manus .

n. o. p. q. r. Ossa metacarpi manus; *n.* indicis , *p.* medii , *q.* annularis , *r.* auricularis . *o.* crusta cartilaginea laevis , qua tecta capitis inferioris metacarpi indicis pars illa , cum qua os primi ordinis committitur: quales et in reliquis utriusque manus .

s. t. u. v. w. Ossa primi ordinis digitorum manus: *s.* auricularis , *t.* annularis , *u.* medii , *v.* indicis . *w.* crusta laevis cartilaginea , qua tectum caput inferius , qua parte cum eo committitur os secundi ordinis : cui similes crustae in reliquis .

x. y. z. Γ. Δ. Ossa secundi ordinis digitorum manus: *x.* indicis , *y.*

medii, z. annularis, Γ. auricularis. Δ. caput inferius laevi cartilagine crustatum, qua parte pertinet ad articulum cum osse tertii ordinis: sic et in reliquis.

Θ. Λ. Ξ. Π. Ossa tertii ordinis digitorum manus. Θ. indicis, Λ. medii, Ξ. annularis, Π. auricularis.

In coxis et pedibus.

Σ. Φ. Ψ. Ω. *a. b.* Os coxae sinistrae Σ. Φ. Ψ. os ilium, Φ. crista, Ψ. tuberculum, a quo oritur *Rectus cruris*. Ω. *a.* ischion, *a.* acutus ischii processus. *b.* os pubis.

c. d. e. f. f. Os coxae dextrae. *c.* crista ossis ilium. *d.* tuberculum, a quo *Rectus cruris* oritur. *e.* acutus ischii processus. *f. f.* os pubis.

g. h. i. k. l. m. Os femoris sinistri. *g.* caput laevi cartilagine crustatum, quo cum acetabulo committitur. *h.* collum. *i.* trochanter major. *l.* condylus exterior. *m.* huc usque pertinens crusta cartilaginea laevis, qua tecta pars condyli ad articulum genu pertinens.

n. n. o. p. p. Os femoris dextri. *o.* condylus interior. *p. p.* huc usque pertinens crusta cartilaginea laevis, qua condyli pars illa crustata, cum qua committitur tibia et patella.

q. r. Patella. *r.* hac parte, quae ad articulum genu pertinet, tecta crusta cartilaginea laevi.

s. s. Cartilagines semilunares interiores, insertae articulis genuum.

t. Cartilago semilunaris exterior, inserta articulo genu.

u. v. w. x. y. z. Tibia. *u.* caput superius, *v.* hac parte, qua ad articulum genu pertinet, tectum crusta cartilaginea laevi. *w.* eminentia, ad quam desinit ligamentum a patella procedens, eamque tibiae alligans, *y. z.* caput inferius, *z.* malleolus internus.

A. B. C. Fibula. *B.* caput superius. *C.* malleolus externus.

D. E. F. G. Talus. *E.* hac parte ad articulum cum crure pertinet, laevique cartilagine crustatus est. *F.* sinus, per quem incedit tendo *Flexoris longi pollicis* pe-

dis . *G.* crusta cartilaginea , qua tectum hoc caput ejus .

H. I. K. Calcaneus . *I.* tuber , quo incipit ; ad cujus posteriorem et eamdem inferiorem partem *tendo achillis* cum *Plantaris* tendine desinit ; ad posteriorem eamdemque superiorem inflectitur , cum articulum cruris cum pede extremo flectimus in priorem partem . *K.* pars eminens , quae caput tali sustinet .

L. Os cubiforme .

M. Tarsi os naviculare .

N. Tarsi os cuneiforme medium .

O. Tarsi os cuneiforme minus .

P. Tarsi os cuneiforme majus .

Q. R. S. T. V. W. Ossa metatarsi : *Q.* pollicis , *R.* digitorum parvorum primi , *S.* secundi , *T.* tertii , *V.* quarti . *W.* metatarsi pollicis caput laevi cartilagine crustatum , qua parte ad articulum cum osse primo et cum sesamoideis pertinet . Idem in reliquis metatarsi .

X. Ossa sesamoidea , quae apposita ad articulum pollicis cum suo metatarsi osse .

Y. Z. α. β. γ. Δ. Ossa primi ordinis pollicis pedis , digitorumque parvorum : *Y.* pollicis , *Z.* parvorum primi , *α.* secundi , *β.* tertii , *γ.* quarti . *Δ.* caput laevi cartilagine crustatum , qua parte pertinet ad articulum cum osse proximo . Eodem modo in digitis reliquis .

ω. ζ. η. θ. Ossa secundi ordinis digitorum pedis parvorum , *ω.* primi , *ζ.* secundi , *η.* tertii , *θ.* quarti .

ι. Pollicis pedis os ultimum .

κ. λ. μ. ν. Ossa tertii ordinis digitorum pedis parvorum , *κ.* primi , *λ.* secundi , *μ.* tertii , *ν.* quarti .

TABULA VII.

Ex Sam. Thom. Soemmerring Tabula Sceleti feminini.

Sistit sceletum femininum eadem arte delineatum, qua virilem sceletum exibuit Albinus. Sceleto feminino, quem haec tabula repraesentat, comparato cum Albiniana tabula sceleti virilis, ratione sexus, *haec discrimina facile satis in oculos incurrunt.*

Sceleton muliebre per omnia masculino minus, et gracilius, praeter cranii ossa.

Ejusdem enim magnitudinis os maturum femininum pauciores asperitates, minores spinae, exiliores sulci, minores articuli, forma tornatior, majorque laevitas a virili osse distinguere solent; ut manifeste in ossibus cranii, faciei, pelvis, et scapulis apparet.

Os muliebre cylindricum vel longum quodcumque eademque fere superficierum articularium latitudine, qua os virile praeditum, majore diaphyseos exilitate distinguitur, quo fit, ut totus sceletus gracilior appareat.

In summam, ossa muliebria feminei quid, satis ex hac icone intellectu facile, verbis vero descriptu difficile, gerunt.

Calvariae femineae ambitus major.

Sinus frontales angustiores.

Glabella minus elevata.

Calvariae foramina nihilosecius angustiora, v. c. foramina ophthalmica.

Facici ossa omnia multo subtiliora.

Narium introitus minus patuli.

Maxillae superioris et inferioris limbus alveolaris magis ellipticus.

Mandibula minus aspera, laevigata quasi.

Dentes ipsi minores, et in pulchrioribus quidem inter se magis aequales, adeo ut forma et magnitudine incisores minus ac in viris differant a caninis et molaribus.

Oris totum cavum angustius et brevius.

Vertebrarum corpora proceriora -- ab utroque latere magis sinuata, hinc minus retusa. Processus earum transversi magis retrorsum tendentes, adeo ut sulci, medios inter eos et processus spinosos per posteriorem columnae partem, ab utroque processuum spinosorum latere descendentes profundiores sint.

Cartilagines vel ligamenta intervertebralia crassiora vel altiora.

Totus thorax *supra* brevior, vel ad quartam costam usque paulo amplior -- *infra* vero angustior dolio similior, minus conoides in priore parte magis gibbus quam masculinus, *longius a pelvi distans* ob interstitium ultimam costam inter et marginem ossis coxarum majus -- *minus prominens*, adeo ut corpore erecto vel supino in sexu sequiori symphysis ossium pubis, in sexu potiori thorax prominear.

Costae tenuiores, planiores, ideoque margine superiore et inferiore acutiores.

Cartilagines costarum verarum, ratione ad partem costarum osseam habita, longiores.

Costae spuriae majore proportione ultimam costam versus decrescunt.

Hiatus inter cartilagines septimae, octavae, nonae costae sursum versus multo acutiorem angulum constituunt.

Hiatus laterales canalis medullae spinalis, qui ab arcu e corpore vertebrae protento et ipsius vertebrae corpore, et quidem a binis junctis vertebris, majorem tamen partem a superiore vertebra construuntur et nervos excipiunt, multo sunt ampliores; quod quidem in vertebris colli optime in hac tabula cernitur.

Ossa sterni junctim breviora, proprius extremo thoracis superiori ad lineam fere per planum horizontale quarti costarum paris, in sceleto vero masculino quinti paris ductam de-

sinunt, longius igitur ab ossibus pubis distant.

Lumborum major longitudo.

Pelvis omnes diametri majores. Cristae et tubera ossium coxarum longius ab invicem distant.

Spatium ossa pubis inter majus est; ligamentum igitur symphyseos latius est, crassius, quamvis brevius.

Os sacrum latius, magis sinuatum, neque apex illius tantum in pelvim porrigitur.

Ossa coccygis graciliora, magis prorsum versus tendunt, minus tamen in pelvim porriguntur.

Ossa coxarum latiora sunt, planiora, magisque in exteriorem partem repanda; major est angulus rami descendentis ossis pubis cum symphysi, ideoque angulus inter ossa pubis potioris sexus acutus est, sequioris vero gradus LXXX-LXXXX. attingit, propiusque ad figuram arcus accedit. Tubera ossium coxarum majora, sunt planiora. Spatium tubera inter et acetabulum minus est. Incisura ischiadica major. Foramen ovale amplius. Incisura, tendinem musculi *obturatoris externi*, tuber ischii inter et acetabulum, excipiens, ut in sinistro latere cernitur, angustior videtur.

Acetabula ossium coxarum longius ab invicem distant, ideoque mulieres incedentes vacillant; quum vero superficiei pelvis priori propiora sunt, procedente graviditate libramentum corporis, cujus gravitatis punctum tunc temporis propius nonnihil priora tangit, melius servatur.

Gremium amplius est.

Ossa artuum inferiorum acutiorem angulum inferiora versus sistunt.

Ossa femorum magis in priora curvata sunt, ut optime in femore dextro cernitur. Collum femoris cum corpore majorem angulum constituit. Condylus internus major est, magis gibbus et nonnihil longior externo condylo.

Pedes minores,

Humeri devexiores.

Articuli humerorum non tantum ab invicem distant.

Claviculae minus curvae sunt, ut scapulae modo ad coxas latas

justo, ab invicem distent, et affatim reprimantur. Viriles vero claviculae magis curvae sunt, ut scapulae magis, quam si claviculae in rectum protensae fuissent, producantur. Masculini sceleti claviculae magis deorsum versus tendunt, et cum ossibus pectoris obtusum, feminei vero sceleti claviculae rectum fere angulum constituunt.

Scapulae minores sunt, tenuiores, planiores, anguli earum acutiores.

Artus superiores breviores.

Ossa carpi angustiora.

Digiti magis acuminati sunt.

TABULA VIII.

CRANIUM HOMINIS VARIO ASPECTU.

FIGURA I.

Ex Albini *Tabul. ossium human.*

Caput a parte priore.

a. Os verticis.
b. Os frontis.
c. Os occipitis.
d. Os temporis.
f. Processus zygomaticus ossis temporis.
i. Ossis multiformis processus lateralis.
k. Ejusdem processus anterior.
o. Cribriformis ossis pars *planum* dicta.
p. Interstitium.
q. Os spongiosum superius.
r. s. Os maxillare; cujus pars *s.* ad nasi interstitium pertinens.
t. Os jugale.
u. Os nasi.
v. w. Os unguis.
x. Os palati.
y. Os spongiosum inferius.
z. Os vomeris.
A. Maxilla inferior.
B. Processus coronoideus.
E. Sutura sagittalis.
F. Sutura coronalis.

I. Sutura squamosa.
K. Suturae sagittalis nota superstes.
L. Sutura propria maxillari.
O. Per hoc foramen exit ramus primi rami quinti paris nervorum cerebri, cum vasis.
P. Lunula in dextro latere, loco foraminis *O.*
Q. Per hoc foramen opticus nervus et ramus carotidis internae ad oculum pertinens.
R. Per hanc fessuram nervus tertii paris, quarti, sexti, primus ramus quinti.
T. Per hunc canalem ramus secundus paris quinti.
V. Exitus canalis per quem excurrit ramus maxillaris tertii rami paris quinti, cum vasis. Vide Fig. II. *U. W.*
X. Canaliculus, per quem ramus arteriae et venae durae matris ad oculi foramen penetrat.
Z. Foramen magnum ossis occipitalis.
w. Principium canalis dicti *nasalis*.
β. Musculi *temporalis* initium.
ν. Origo musculi *masseteris*.
π. ρ. Dentes tomici, seu incisores.
σ. - - - - canini.
τ. υ. φ. χ. ψ. - - - - maxillares.

FIG. II.

Ex eodem Opere.

Caput a parte posteriore.

a. a. Ossa verticis.
c. Os occipitis.
d. Os temporis.
e. Processus mammillaris.
f. Processus zygomaticus.
g. Processus styliformis.
m. Processus pterygoidei ala exterior.

n. Ejusdem ala interior.
r. Os maxillare.
t. Os jugale.
x. Os palati.
A. Maxilla inferior.
E. Sutura sagittalis.
G. Sutura lambdiformis.
H. Os wormianum.
I. Sutura squamosa.
M. Sutura propria maxillari.
N. Per hoc foramen penetrat arteria cum vena.
S. Per hoc foramen penetrat vena ad sinum lateralem pertinens, arteria ad duram matrem.
U. Per hunc canalem ramus maxillaris tertii rami paris quinti cum vasis; exit in *V.* Fig. I.
W. Vestigium rami quem maxillaris mododictus exigit.
Y. Introitus canalium ad nasum pertinentium. (Ita *Albinus*. Per haec autem foramina nervos ad palatum descendere observavit *Antonius Scarpa*).
β. Musculi *temporalis* initium.
γ. Origo musculi *biventris maxillae*.
δ. Origo musculi *mylohyoidei*.
ε. Origo musculi *genioglossi* et *geniohyoidei*.
ζ. Ubi inseritur musculus *biventer cervicis*, *cucullaris*, *sternomastoideus*
η. Ubi inseritur *complexus*.
θ. Ubi inseritur *obliquus superior*.
ι. Ubi finem habet *rectus posticus major*.
κ. Ubi *minor*.
λ. Ubi *splenius capitis*.
μ. Ubi *trachelomastoideus*.
ξ. Ubi *pterygoideus internus*.
o. Ubi *biventer maxillae*.
π. ρ. Dentes tomici.
σ. - - - - caniui.
τ. υ. χ. φ. ψ. - - - - maxillares.

FIG. III.

Ex eodem Opere.

Caput a parte laterali.

a. Os verticis.
b. - - frontis.
c. - - occipitis.
d. - - temporis.
e. Processus mammillaris.
f. Processus zygomaticus.
g. Processus styliformis.
h. Porus acusticus.
i. Ossis multiformis processus lateralis.
l. Processus pteryogideus.
o. Ossis cribriformis pars *planum* dicta.
r. Os maxillare, cujus pars *s.* ad nasi interstitium pertinens.
t. Os jugale.
u. Os nasi.
v. w. Os unguis.
x. Os palati.
z. Vomer.
A. Maxilla.
B. Processus coronoideus.
C. Condylus.
D. Cartilago articulo interjecta.
F. Sutura coronalis.
G. Sutura lambdiformis.
I. Sutura squamosa.
O. Per hoc foramen penetrat ramus primi rami quinti paris nervorum cerebri, cum vasis.
S. Per hoc foramen vena ad sinum lateralem pertinens, arteria ad duram matrem.
V. Exitus canalis, per quem excurrit ramus maxillaris tertii rami paris quinti, cum vasis. Fig. II. *U. W*

ω. a. Principium canalis dicti nasalis.
β. Musculi *temporalis* initium.
ζ. Ubi inseritur *biventer cervicis, cucullaris, sternomastoideus*.
η. - - - - - - *complexus*.
θ. - - - - - - *obliquus superior*.
λ. - - - - - - *splenius capitis*.
μ. - - - - - - *trachelomastoideus*.
ν. - - - - - - *masseter*.
π. ρ. Dentes tomici.
ρ. - - - - canini.
τ. υ. ϕ. χ. ψ. - - - - maxillares.

FIG. IV.

Ex Cadavere

Caput a parte superiore.

a. a. Ossa verticis.
b. Os frontis.
f. Processus zygomaticus.
u. u. Ossa nasi.
E. Sutura sagittalis.
F. Sutura coronalis.
N. N. Per haec foramina penetrat arteria cum vena.

FIG. V.

Ex Cadavere

Caput foetus maturioris a parte priore.

a. Sutura sagittalis usque ad nasi radicem continuata.
b. Fontanella vulgo dicta, seu fons pulsatilis.
c. c. Alveoli in os maxillari.
d. d. Maxilla inferior in duas aequales partes divisa, cartilagine intercedente.

e. e. e. e. Eminentes in ea alveoli.
Caetera ut in Fig. I.

FIG. VI.

Ex Cadavere.

Idem Caput a parte posteriore.

a. a. Ossa verticis.
b. Sutura sagittalis.
c. Pars membranacea inter oras ossium parietalium, et os occipitis, seu fontanella posterior.
d. Os occipitis.
e. e. Fissurae laterales.
f. Cartilago, qua os occipitis conjungitur cum ossibus mammillaribus.
h. h. Sutura lambdiformis.
l. l. Os mammillare.
m. m. Sutura squamosa.
n. n. Ossis maxillaris superficies inferior, seu palatina.
o. o. Maxillae inferioris partes osseae.
Caetera ut in Fig. II.

FIG. VII.

Ex Cadavere.

Idem Caput a parte laterali.

a. Os verticis sinistrum.
b. Sutura coronalis.
c. Lamina cartilaginea, quae ossis verticis angulum anteriorem et exteriorem cum processu ossis multiformis alligat.
d. Os squamosum.
e. Os mammillare, seu adultorum processus mammillaris.

f. Annulus osseus, cui inseritur membrana tympani.
g. Tympani membrana.
h. Os occipitis.
i. Pars cartilaginea, quae jungit os mammillare cum osse occipitis.

Caetera ut in Fig. III.

FIG. VIII.

Ex Cadavere

Idem Caput a parte superiore.

a. a. Ossa verticis.
b. b. Ossa frontis.
c. Fontanella anterior.
d. d. Sutura coronalis.
e. Sutura sagittalis.
f. f. Ossa nasi.
g. g. Processus nasalis ossis maxillaris.

TABULA IX.

FIGURA I.

Ex eodem Opere.

Cranium a parte inferiore.

a. Os verticis.
b. Os occipitis.
c. Tubera laevi cartilagine crustata, quibus committitur cum atlante.
d. Os temporis.
e. Processus mammillaris.
f. - - - - - petrosus.
g. - - - - - zygomaticus.
h. - - - - - styliformis.
i. Radix ejusdem processus styliformis.
k. Processus acusticus.
l. Sinus ad articulum maxillae.
m. Tuberculum articuli maxillae.
n. Basis ossis multiformis.
o. Ejusdem ossis processus lateralis.
p. Processus pterygoidei in osse multiformi ala exterior.
q. Ejusdem processus ala interior, cum hamulo *r.*, qui sustinet tendinem musculi *circumflexi*.
s. Processus ad canalem pertinens, per quem penetrat arteria carotis interna.
t. Os palati.
u. Os spongiosum inferius.
v. Vomer.
w. Os maxillare.
x. y. Alveoli dentium tomicorum.

z. Alveolus dentis canini.

A. B. C. D. E. Alveoli dentium maxillarium.

F. Os nasi.

G. Interstitium cribriformis.

H. Os jugale

I. Os frontis.

K. L. Suturae maxillari propriae.

M. Sinus excavatus in palato osseo retro radices dentium incisorum anteriorum. In eo *1. 1.* orificia ductuum *Stenonis* ad palatum: *2.* exitus canaliculi posterioris, seu dexteri, pro nervo naso-palatino ejusdem lateris: *3.* ostium canaliculi anteriosis, seu sinistri, pro egressu nervi naso-palatini lateris sinistri. Vide *Scarpa* Annotat. Anatom. Lib. II.

O. Canalis per quem penetrat ramus secundus nervi quinti paris.

P. Canalis per quem ad palatum posterius descendit ramus rami secundi quinti paris.

Q. Foramen, per quod tertius ramus paris quinti exit e cranio.

R. Foramen, quod subit arteria et vena durae matris.

S. Canalis, per quem carotis interna cranium intrat, exit autem nervus intercostalis.

T. Foramen, quod viam praebet nervo octavi paris, et spinali recurrenti.

U. Foramen, per quod de cranio egreditur sinus lateralis.

V. Aquaeductus *Falloppii*, per quem exit portio dura paris septimi.

W. Foramen quod penetrat vena vertebralis.

X. Magnum foramen, per quod excurrit spinae medulla, nervi spinales recurrentes, arteriae vertebrales.

Y. Foramen, per quod vena petit sinum lateralem, et arteria pertinens ad duram matrem.

Z. Fissura, per quam sibi viam facit tendo musculi *externi* mallei, et chorda tympani.

α. Finis partis osseae tubae *Eustachii*.

β. γ. Sinus cui insidet pars tubae illius assimilis cartilagini.

δ. Locus ubi inseritur musculus *rectus internus major, et minor.*

ε. Ubi inseritur musculus *rectus lateralis.*

ζ. - - - - - - - - - - - - - - *rectus posticus minor.*

η. - - - - - - - - - - - - - - *rectus posticus major.*

θ. - - - - - - - - - - - - - - *abliquus superior.*

ι. - - - - - - - - - - - - - - *complexus.*

κ. - - - - - - - - - - - - - - *biventer cervicis, cucullaris, sternomastoideus.*

λ. - - - - - - - - - - - - - - *splenius capitis.*

μ. - - - - - - - - - - - - - - *trachelomastoideus.*

ν. Unde oritur musculus *biventer maxillae*; sulcus videlicet ad radicem processus mammillaris.

ξ. Unde oritur musculus *temporalis.*

π. - - - - - - - - - - - - - - *pterygoideus externus.*

ρ. - - - - - - - - - - - - - - *circumflexus.*

σ. - - - - - - - - - - - - - - *masseter.*

τ. Sutura sagittalis in facie cranii interna et superiore.

FIG. II.

Ex Albini *Tabul. ossium human.*

Dissecti cranii superficies interior et superior.

a. Os occipitis.

d. Os wormianum.

e. Os verticis.

g. Os temporis.

q. Os frontis.

t. Sinus frontalis.

u. Interstitium sinuum frontalium.

F. Vestigium sinus longitudinalis.
P. Per hoc foramen penetrat arteria cum vena; quod foramen respondet foramini *N.* (fig. 2. Tab. VIII.)
Q. Vestigia arteriae et venae, quae subit foramen *P.*
Y. Vestigia arteriae et venae, quae penetrat per foramen *X.* fig. 2. hujus Tabulae.
Z. Haec pars canalis loco vestigii in latere dextro.
v. Sinuli, quibus carunculae durae matris insertae sunt.
Δ. Sutura lambdiformis.
Θ. - - - - - coronalis.
Λ. - - - - - sagittalis.
Ξ. Diploe duabus interjecta tabulis, qua sectum est os.

FIG. III.

Ex eodem Opere.

Ejusdem cranii superficies interior et inferior cum cadavere comparata, et accuratius delineata.

a. b. Os occipitis.
c. Tuber quo os occipitis cum atlante committitur.
e. Os verticis.
g. h. Os temporis.
i. Processus petrosus.
k. Ossis multiformis basis.
l. Paries pone sellam equinam *E.*
m. Processus anterior.
n. Processus lateralis.
q. Os frontis.
t. Sinus frontalis.
u. Interstitium sinuum frontalium.
v. Os cribriforme.
w. Crista galli.
x. Ala ejusdem cristae.
D. h. Scrobs cui globus cerebelli insidet.
E. Sella equina.

F. Vestigium sinus longitudinalis.

C. H. I. K. Vestigium sinus lateralis.

L. M. N. Vestigium alterius sinus prope sellam equinam.

O. Aliud vestigium alius sinus.

R. Foramen coecum, cui dura mater inhaeret.

S. Foramina ossis cribriformis pro nervis olfactoriis.

T. Vestigium continuitatis foraminum opticorum.

U. Foramen opticum, per quod opticus nervus penetrat, et ramus arteriae carotidis internae ad oculum pertinens.

V. Foramen rotundum, per quod transit ramus secundus nervi quinti paris.

W. Foramen ovale, quod viam praebet tertio ramo quinti paris.

X. Foramen, quod arteria et vena durae matris transgreditur. *Spinosum* appellat SOEMMERRINGHIUS.

Y. Vestigia arteriae et venae, quae per duram meningem disseminatur.

Z. Pars canalis, loco vestigii.

α. Canalis per quem penetrat arteria carotis interna, et exit nervus intercostalis.

β. Vestigium carotidis illius.

γ. Lunula per quam penetrat.

δ. Canalis communis portioni molli et durae paris septimi nevorum.

ε. Fissura, qua exit nervus paris octavi cum spidali recurrente.

ζ. Fissurae ipsius pars qua exit sinus lateralis.

η. Foramen quod penetrat nervus paris noni.

θ. Foramen magnum, per quod transit spinae medulla, nervi spinales recurrentes, arteriae vertebrales.

ι. Foramen per quod vena penetrat ad sinum lateralem, et arteria pertinens ad duram matrem (vide *Y.* in Fig. I. hujus Tabulae.)

κ. Lunula, cui quinti paris nervus insidet.

μ. Vestigium separationis pristinae in foetu.

φ. Os maxillare.
ω. Os nasi.
Δ. Sutura lambdiformis.
Ξ. Diploe duabus interjecta tabulis qua sectum os.
Λ. Canaliculus et foramen, per quod ramus nerveus excurrit a secundo ramo quinti paris proveniens, et ad aquaeductum *Falloppii* recta pergens.

FIG. IV.

Ex eodem Opere.

Ejusdem cranii superficies lateralis.

a. b. Os occipitis.
c. Tuber, quo idem os cum atlante committitur.
e. Os verticis.
f. Ora ad sagittalem suturam pertinens.
g. h. Os temporis.
i. Processus petrosus ejusdem ossis.
l. Paries pone sellam equinam.
m. Processus anterior ossis multiformis.
n. Processus ejusdem ossis lateralis.
o. Interstitium sinuum multiformis.
p. Pars ad interstitium nasi pertinens.
q. Os frontis.
r. Crista ejus.
s. Processus ad interstitium nasi pertinens.
u. Interstitium sinuum frontalium.
v. Os cribriforme.
w. Crista galli.
y. Interstitium cribriformis; in quo 1. Rima in priori sede laminae cribrosae ad nares hians: 2. 2. 2. Canaliculi per mediam regionem septi narium ossei descendentes: 3. 3. Canaliculi posteriores: 4. 4. 4 Sulci, in quos canaliculi supra indicati ulterius ad inferiora elongantur: 5. Canaliculus abiens in sulcum longissimum.

ε. Vomer.

A. Eminentia ossis palati sinistri ad interstitium nasi pertinens.

B. Eminentia ossis maxillaris ad interstitium nasi pertinens.

C. Similis eminentia in osse nasi.

D. h Scrobs, cui globus cerebelli insidet.

G. H. I. K. Vestigium sinus lateralis.

L. M. N. Vestigium sinus alius.

S. Foramina ossis cribriformis.

Y. Vestigia arteriae et venae durae matris.

Z. Canalis portio, loco vestigii.

δ. Canalis communis portioni molli et durae paris septimi.

ε. Foramen, quo exit nervus paris octavi cum spinali recurrente.

ζ. Fissura, qua exit sinus lateralis.

η. Foramen, quod penetrat nervus paris noni.

θ. θ. Foramen magnum, per quod transit spinae medulla, nervi spinales recurrentes, arteriae vertebrales.

ι. Foramen, per quod vena ad sinum lateralem pertinens, arteria ad duram matrem. Vide *Y*. in Fig. I. hujus Tab.

κ. Lunula cui quinti paris nervus insidet.

λ. Canalium a palato ad nasum pertinentium sinister. Vide quae adnotavimus in Fig. II. Tab. VIII. *Y*.

ν. Sinuli, quibus caruncula durae matris insertae sunt.

ξ. Processus mammillaris.

π. Sulcus unde *biventer maxillae* oritur.

ρ. Processus styliformis.

σ. Processus pterygoidei ala exterior.

τ. Ejusdem ala interior.

υ. Os palati.

φ. Os maxillare.

χ. Alveolus dentis tomici primi sinistri.

ψ. Os spongiosum inferius.
ω. Os nasi.
Γ. Sutura in osse maxillari.
Δ. Sutura lambdiformis.
Θ. - - - - coronalis.
Λ. - - - - sagittalis.
Ξ. Diploe duabus interjecta tabulis, qua sectum os fuit.

FIG. V.

Ex eodem Opere.

Maxilla a parte superiore.

υ. φ. Alveoli dentium tomicorum.
χ. Alveolus dentis canini.
ψ. ω. Γ. Δ. Θ. Alveoli dentium maxillarium.
Λ. Condylus.
Ξ. Capitulum ad articulum maxillae pertinens.
Π. Processus coronoideus.
Σ. Locus ubi inseritur musculi *temporalis* mucro major.
Ω. - - - - unde oriuntur musculi *geniohyoidei*, et *genioglossi*.
æ. Introitus canalis *V.* Fig. I. Tab. VIII. *U.* Fig. II.

FIG. VI.

Ex eodem Opere.

Maxilla a parte inferiore.

Λ. Condylus.
Π. Processus coronoideus.
Φ. Locus ubi inseritur musculus *biventer maxillae*.
Ψ. - - - unde oritur musculus *mylohyoideus*.
Ω. - - - - - - - oriuntur musculi *geniohyoidei*, et *genioglossi*.
æ Introitus canalis, uti in Fig. V. hujus Tab.

FIG. VII.

Ex Albini *Icon. oss. foet. hum.*

Maxilla inferior foetus maturioris a parte superiore.

a. Condylus, spongiosus, tenerrimus.
b. Cervix, pariter spongiosa.
c. c. Posteriora maxillae.
d. Squamula eminens, sub qua introitus est canalis, in quem vasa et nervus maxillae penetrant.
e. f. g. Processus coronoidei, *e. f.* pars interior, *g.* exterior. *e.* pars rarior, *f.* pars solidior.
Inter *e.* et *f.* Eminentia per altitudinem processus surgens.
h. Primum nasci incipiens alveolus molaris quarti.
i. Alveolus molaris tertii.
k. Primum surgere incipiens septum, quo distinguuntur alveoli molaris tertii et secundi.
l. Alveolus molaris secundi.
m. Rudimentum septi distinguentis alveolus molaris secundi et primi. Hoc in fundo alveoli primum incipit nasci: juxta margines ejusdem superiores jam insignius est.
n. Alveolus molaris primi.
o. In eo principium canalis quo exeunt vasa cum nervo: cujus canalis finis exhibitus Fig. VIII. *k.*
p. Septum, quo distinguuntur alveoli molaris primi et canini; jam perfectius, sed tamen medium adhuc perforatum, nondumque plane perfectum; quod non apparet in figura.
q. Alveolus canini.
r. s. Septum, quod intercedit inter alveolum canini et incisoris secundi. *r.* pars ejus ex imo surgens, *s.* pars superior, jam perfectior.
t. Pars media majorque, nondum perfecta, ex alveolo canini patens in incisoris alveolum.
t. u. Alveolus incisoris secundi.

w. Alveolus incisoris primi.

x. Superior, eaque jam satis perfecta, pars septi distinguentis alveolum incisoris secundi et primi. Caeterum hoc septum se habet ut praecedens.

y. y. Hic duae partes maxillae inter se conjunguntur interveniente cartilagine. Itaque et septum quod distinguit alveolos duos primos, fit e duobus parietibus, quorum alter est in dextra parte, alter in sinistra. Vid. Tab. VIII. Fig. V.

z. Prior pars alveolorum, tenuis, tenerrima, pororum plena.

FIG. VIII.

Ex eodem Opere.

Ejusdem maxillae pars dextera, ab exteriore parte.

a. Pars, quae ad caput surrigit, in qua fila manifesta, inter quae spongiosa est et porosa, imprimis a parte superiore.

b. Condylus, quo committitur com osse temporis, spongiosus, tenerrimus.

c. Processus coronoideus.

d. e. f. g. Eminentes alveoli, *d*. molaris secundi, *e*. primi, *f*. canini, *g*. incisoris primi: omnes constantes bracteola tenui, tenerrima, pororum plenissima, poris perparvis. Canini praeterea a superiore parte aliquantum interruptus, idest, nondum perfectus.

h. Alveolus incisoris secundi, non eminens, et hac parte crassior, firmior, poros habens pauciores, eosque majores.

i. Pars inferior maxillae, longe solidior, firmiorque.

k. Foramen, quo exeunt vasa cum nervo.

FIG. IX.

EX OPERE CITATO.

Eadem maxillae ejusdem pars ex interiore parte.

a. Superficies scabra, inaequabilis, tenera, spongiosa, quae interventu cartilaginis conjuncta cum simili superficie partis sinistrae.

b. Alveolus canini.

c. ------ molaris primi.

d. ---------- secundi.

e. ---------- tertii.

f. g. h. Septa distinguentia.

i. k. l. Processus coronoideus. *i.* pars ejus solidior, *k.* pars valde spongiosa, *l.* Eminentia per altitudinem ejus ab hac parte erecta.

m. n. Pars maxillae interior: cujus *m.* superior rarior et tenuior; *n.* inferior solidior, multoque firmior et crassior.

o. Squama eminens, sub qua ostium canalis, in quem vasa cum nervo penetrant.

p. Pars haec insigniter spongiosa.

q. Condylus.

TABULA X.

FIGURA I.

Ex Jo. Hunteri Natural history of the human Teeth.

Latus exhibet exterius ossis maxillaris tum et maxillae, lamina ossea detracta, ut alveoli, et dentium radices alveolis complexae primo intuitu veniant in conspectum.

FIG. II.

Ex eodem Opere.

Maxilla pueri septem aut octo menses nati, cujus tomicus primus sinister e gingiva prodiit: una cum sacculis apertis aliorum dentium.

a. a. Alveolorum parietes ita ad invicem adducti ut dentium ortum adhuc impediant, praesertim maxillarium.

FIG. III.

Ex Albini Academ. Annotat. Lib. II.

Os maxillare sinistrum pueri, cui dentes decidui omnes jam plane eruperunt. Ex interiore parte exhibitum.

a. b. c. d. e. Dentes decidui. *a.* tomicus primus, *b.* secundus, *c.* caninus, *d.* maxillaris primus, *e.* secundus. Praesepiolis maxillarium effractis, conspicuae radices eorum: utriusque autem non nisi interior conspicua.

f. g. h. i. Dentes novi, imperfecti. *f.* tomicus primus, *g.* secundus, *h.* caninus, *i.* maxillaris primus. Inclusi in cavernulis suis, quae effractae. Tomicorum effractae plenius, una cum foramine, in quod ad maxillae marginem desinunt.

k. Vacua cavernula molaris secundi, qui excussus.

m. Maxillaris tertius, qui non deciduus, cavernula sua, quae effracta, inclusus.

n. Pars cavernulae molaris quarti, qui non deciduus.

o. Foraminulum, quo canaliculus desinit, in quem canini cavernula abit.

p. p. Os, quod ad palatum pertinet, exscissum usque ad cavernulam, quae caninum novum continet.

FIG. IV.

EX EODEM OPERE.

Dextra pars maxillae pueri, cui dentes decidui omnes jam plene eruperunt. Ex interiore parte expressa.

a. b. c. d. e. Dentes decidui. *a.* tomicus primus, *b.* secundus, *c.* caninus, *d.* maxillaris primus, *e.* secundus. Praesepiola canini et maxillarium incisa, apertaque, quo radices eorum appareant: canino simplex, gemina maxillaribus.

f. g. h. i. l. Dentes novi, imperfecti. *f.* tomicus primus, *g.* secundus, *h.* caninus, *i.* maxillaris primus, *l.* secundus.

m. n. Dentes maxillares immutabiles. *m.* tertius, *n.* quartus. Inclusi cavernulis suis, quae effractae.

o. Foramina in quae desinunt cavernulae tomicorum.

FIG. V.

EX EODEM OPERE.

a. Segmentum maxillae ejusdem (Fig. III.), in quo tomicus secundus uterque, hoc est deciduus et novus. A latere exhibitum, qua parte sectum. Secta quoque cavernula novi, et praesepiolum decidui.

b. Deciduus, radice perfecta inhaerens praesepiolo suo.

c. Novus, isque imperfectior, inclusus cavernulae suae. Quae cavernula post sensim contractior *e*, ad maxillae marginem pertinet.

FIG. VI.

Ex eodem Opere.

Pars prior maxillae, tomicos et caninos continens. Provectioris est, tomicis primis jam mutatis. A posteriore parte et simul a superiore oblique exhibita.

a. a. Praesepiola tomicorum primorum, qui mutati fuerant.

b. b. Praesepiola tomicorum deciduorum secundorum; quae perdita dentium radice angustiora reddita, minusque profunda.

c. Cavernula tomici novi secundi, una cum foraminulo in quod juxta maxillae marginem desinit, effracta.

d. Tomicus novus secundus, cavernulae suae inclusus, quae eodem modo effracta.

e. e. Praesepiola caninorum deciduorum.

f. Effracta cavernula canini novi; qui exemtus.

g. Caninus novus, inclusus cavernulae suae, quae effracta. *i.* in praesepiolum decidui, non longe ab ejus fundo, incepit penetrare: ubi alterius canini decidui praesepiolum perforatum est.

FIG. VII.

EX EODEM OPERE.

Maxillae praesepiolum molarium deciduorum primi excusso dente vacuum. Aetate provectioris.

a. Eminentia media inter duas fossulas *b. c.*, e quibus dentis radices evulsae. Fossularum fundus perforatus est, quod succreverat novus, subtus iis interjectus.

FIG. VIII.

EX EODEM OPERE.

Idem praesepiolum fig. 6. sed provectioris.

a. Praesepiolum cui maxillaris deciduus primus jam decidit. Toto jam fundo praesepioli deleto, intra illud novus *b.* ex cavernula sua penetravit.

FIG. IX.

EX EODEM OPERE.

Series dentium tomicorum primorum tam in supera quam in infera parte, tum et caninorum; qui incrementum magis magisque adepti sunt.

A. Tomicus primus in superiori maxilla, ab 1. ad 8.
B. Tomicus primus in inferiori maxilla, a 9. ad 15.
C. Dens caninus, a 16. ad 22.

1. 9. 16. Testulae dentium. In medio acuminis eminentiola.
2. 10. 17. Eaedem testulae aliquanto provectiores.
3. 18. Eaedem provectiores, radice tamen nondum inchoata.
4. 11. 19. Eaedem provectiores, ut quae radicem *a* jam inchoarunt.

5. 6. 7. 8. Dens tomicus primus superior magis magisque provectior, radice quoque *a* sensim incrementum adepta.

12. 13. 14. 15. Dens tomicus primus inferior aeque provectior, et radice *a* sensim aucta.

20. 21. 22. Dens caninus incrementum adeptus, radice *a* magis producta.

FIG. X.

Ex eodem Opere.

Series similis maxillaris decidui primi et secundi superioris in dextero latere.

D. Series maxillaris decidui primi.

1. Hic ab interiore parte expressus. Ejus testulae duae; *a.* major, quae a parte buccae: *b.* minor, quae a parte linguae.

2. Hujus idem positus, qui 1. Duabus testulis 1. conjunctis continuatisque, testa una constat, parva parte *a* nondum absoluta.

3. Positus idem. Testa major, perfectior.

4. Testa eadem quae 3., a parte concava oblique exhibita. Radicum principium nondum inchoatum.

5. Testa provectior, eodem modo a parte concava exhibita. *a* Radicum principium inchoatum.

6. Dens provectior, positu eodem. A radicum principio duae radices *a. b.* inchoatae, nata parte intermedia distinguente *c*. Deinde radix *a* distinguitur in duas *a. b.* num. 8.

7. Provectior, positu eodem. *a. b.* Radices eaedem quae *a. b.* num. 6. Fistulae sunt longiores.

8. Perfectior, positu eodem. *a. b. c.* Radices tres. Radix *a.* num. 7. hic distincta in duas *a. b.* Radix *b.* num. 7. hic est radix *c.*

E. Series similis maxillaris decidui secundi in supera parte a dexteris.

9. Ab inferiore parte expressus. Testa interrupta, testulis, e quarum conjunctione nata, omni ex parte nondum continuatis inter se.
10. Provectior ab eadem parte expressus. Testa minus interrupta, nec nisi parva parte.
11. Provectior, a parte eadem. Testa nullibi interrupta.
12. Eadem testa quae num. 11., a parte concava oblique exhibita. Radicum principium nondum inchoatum.
13. Testa provectior, eodem modo a parte concava exhibita. *a* Radicum principium inchoatum.
14. Dens provectior, positu eodem. A radicum principio duae radices *a. b.* inchoatae, nataque pars intermedia distinguens *c.* Radix *a* dein distinguitur in duas *a. b.* num. 16.
15. Provectior, positu eodem. *a. b.* Radices duae quae in num. 14. inchoatae, hic fistulae longiores.
16. Provectior, eodem positu, Radices tres, altera e duabus num. 15. *a*, hic jam distincta in duas *a. b.* Tertia *c.* eadem quae *b.* num. 15.
17. Perfectior, positu eodem. *a. b. c.* radices illae tres, quae *a. b. c.* num. 16. hic perfectiores.

FIG. XI.

Ex eodem Opere.

Similis series maxillaris decidui primi et secundi inferioris: a dexteris.

F. Incrementum maxillaris decidui primi in infera parte.
1. A superiore parte expressus. Testa interrupta.
2. Provectior, a parte eadem. Testa minus interrupta.
3. Provectior, a parte eadem. Testa nullibi interrupta.
4. Testa eadem, quae num. 3. a parte concava oblique exhibita. Radicum principium nondum inchoatum.

5. Testa provectior, eodem modo a parte concava exhibita. Radicum principium inchoari coeptum.

6. Provectior, positu eodem. *a*, Radicum principium inchoatum. *c*, Particula separata, qua deinde cum acuminibus, in quae testae ora exit, conjuncta, patulum testae extremum distinguitur in partes duas, unde radices oriuntur *a. b.* num. 7.

7. Dens provectior, eodem positu. *a. b.* Radices duae, fistulis similes.

8. Dens perfectior, positu eodem. *a. b.* Perfectiores radices *a. b.* num. 7.

C. Series maxillaris decidui secundi in infera parte.

9. A superiori parte expressus. Testulae duae, nondum conjunctae.

10. Provectior, a parte eadem. *a.* quatuor angulorum testulae conjunctae inter se. *b.* quinti adhuc separata.

11. Provectior, a parte eadem. Testa non interrupta.

12. Eadem testa quae num. 11. a parte concava oblique exhibita. Radicum principium nondum inchoatum.

13. Provectior, a parte eadem, necdum inchoato radicum principio.

14. Provectior a parte eadem. *a*, Radicis principium inchoatum. *b*, Testae ora extrema in acumen a parte priori ambitus sui media exeuns. *c*, Eadem eodem modo in acumen a posteriore parte exeuns. Acumen illud jam continuatum particulae separatae, inter acumina duo natae: sic jam in partes duas ex parte distinctum patulum testae extremum ad radices efformandas duas *a. b.* num. 15.

15. Dens provectior, positu eodem. *a. b*, Geminae radicis principia, fistularum similitudine.

16. Dens perfectior, positu eodem. *a. b*, Radices duae, quae *a. b.* num. 15. perfectiores.

FIG. XII.

Ex Jo. Hunteri natural history of the human Teeth.

Adulti hominis dentes maxillis avulsi, et naturali ordine dispositi.

A. Dentes ad maxillam superiorem pertinentes,
B. Dentes ab inferiori maxilla detracti.
a. a. Dentes tomici seu incisores.
b. Dens cuspidatus seu caninus.
c. c. Dentes biscuspides, seu maxillaris primus et secundus.
d. d. Dentes maxillares seu molares.
e. Dens sapientiae, seu maxillarium postremus.

FIG. XIII.

Ex eodem Opere.

Portio maxillae, quae denti respondet cuspidato seu canino, magnitudine aliquantum aucta. Alveoli membrana incisa fuit, ut dens in conspectum veniret.

a. Pars dentis ossea.
b. Portio dentis adhuc tenella.
c. c. Membrana, quae alveoli internam caveam circumvestiebat, aperta et reflexa.

FIG. XIV.

Ex Albini Academ. Annotat. Lib. II.

Dentes parvulorum medii per longitudinem partis prioris et posterioris fissi. Idem omnium positus.

1. Testula provectior: *a.* cavum. Radix nondum inchoata.
2. Dens multo provectior. *a.* pars cava, *b.* gibba: utraque extrinsecus e crusta constans vitrea. *c.* radix. *d.* cavum radicis, dentisque.

3. Caninus provectior. *a.* pars concava, *b.* gibba: utraque ex crusta vitrea extrinsecus constat. *c.* radicis principium. *d.* cavum radicis, dentisque.

4. Maxillaris deciduus secundus in infera parte, medius per longitudinem laterum fissus. *a. a.* Testa ejus: *b. c.* principia radicum: *d.* cavum testae, radicumque.

FIG. XV.

Ex Jo. Hunteri Opere superius citato.

Dens incisor per medium fissus, dein lente aliquantulum augente delineatus, ut striae pateant a circumferentia ad centrum decurrentes, ex quibus vitrea dentis ipsius crusta coalescit.

FIG. XVI.

Ex eodem Opere.

Dens molaris ad maxillam superiorem pertinens, per longitudinem fissus una cum gingiva, ut dentis et radicum cavum in aperto sit. Arteriae etiam arte repletae sunt, ut ramorum distributio innotescat. Omnia autem lente visa sunt plurimum augente.

a. a. Os maxillare et gingiva.

b. Dentis testa, quam interius plurimi lamellarum ordines constituunt..

c. c. Radices dentis duae.

d. d. Arteriae, quae per cavum uniuscujusque radicis sibi viam faciunt, usque ad testae cavum.

FIG. XVII.

Ex Monroni *Observations on the structure and functions of the nervous system.*

Ramos nonnullos sistit nervorum, qui dentes et gingivas perforant in infante.

A. Dens molaris secundus.

B. Tertius molaris, qui tamen in aperto non est.

C. Posterior pars nervi ab inferiori maxillari procedentis.

D. Ipsius nervi pars anterior.

E. Ramuli a nervo educti, qui superiora tenent, retro tertium dentem molarem, et in gingivam finem habent.

F. Ramuli duo plexum efformantes, a quo fibrae minimae nerveae procedunt *G*, et membranam petunt, qua cavitas obducitur tertii molaris.

H. Nervuli, qui postquam dentis membranam superarunt, per dentis superficiem ad gingivam transeunt, et in ipsa disseminantur.

TABULA XI.

Ex Albini *Tabul. oss. hum.* et *Icon. oss. foet.*

FIGURA I.

Sequitur post Fig. IV. Tab. IX. Detractum interstitium nasi cum crista galli et interstitium sinus sphenoidalis.

a. Os frontis; *c.* quâ ad interstitium nasi pertinet; *d.* quâ ad suturae sagittalis excursum.

e. Ossis multiformis basis; *f.* ejusdem sella equina; *g.* paries post sellam erectus; *h.* ejusdem ossis processus lateralis; *i.* anterior; *k.* processus pterygoidei ala exterior; *l.* interior cum hamulo.

m. Os cribriforme.

n. - - cavernosum.

o. Ostium in nasi concavum patens.

C. Processus major connexus cum *M. N.* Fig. XI. et XIV. 1.

D. Os spongiosum superius.

I. - - unguis.

L. - - spongiosum inferius; *M.* ejusdem processus superior.

S. - - palati, quâ ad latus nasi pertinet; *V.* ejus processus posterior; *W.* anterior; *δ.* quâ connectitur cum osse palati altero.

ζ. Os maxillare quâ ad latus nasi pertinet; *η.* quâ ad nasum eminentem; *ι.* quâ ad palatum; *λ.* quâ ad cavernulas ossis cavernosi; *τ.* quâ cum maxillari altero.

Ψ. Os nasi; *ω.* quâ cum osse nasi altero connectitur.

Φ. Vomer.

Ω. Sinus sphenoidalis.

p. Sinus maxillaris.
u. Semicanalis, in quem abit *t.* fig. II.
w. Foramen cavernosi ad nasum patens.
v. Pars introitus canalium ad nasum pertinentium.
χ. Suturae portio. Tab. XII. fig. II. *S.*
**.* Ubi sectum os est.

FIG. II.

Sequitur post Fig. I., detracto cribriformi, cavernoso, spongioso utroque.

a.e.f.g.h.i.k.l.n. Ut in Fig. I.
F. Os planum.
I. S. V. W. Ut in Fig. I.
X. Portio ossis palati ubi insidet spongiosum inferius.
Y. - - - - - - - - - ubi insidet spongiosum superius.
α. Cavernula cum sinu cavernoso connexa.
δ. ζ. η. ι. Ut in Fig. I.
λ. μ. Ossis maxillaris pars, qua pertinet ad cavernulas ossis cavernosi.
ν. ξ. Ejusdem ossis labia, quibus ad canalem nasalem.
τ. Vide Fig. I.
φ. Ossis maxillaris spina ubi insidet spongiosum inferius.
ψ. ω. Ut in Fig. I.
Ψ. Sinus frontalis.
Ω. p. Ut in Fig. I.
q. r. Sinus canalis dicti nasalis.
t. Exitus canaliculi abeuns in semicanalem *u.* Fig. I.
v. - - - - - - - - - ad cavernosum pertinentis.
w. Foramen ad nasum patens sinus cavernosi.
ϰ. Vestigium semicanalis intra sinum eminens.
υ. χ. Ut in Fig. I.
**.* Qua sectum os est.

FIG. III.

NUM. 1.

Ossis frontis foetus maturioris pars dextra, ab exteriore parte.

a. Ora, qua se cum parte sinistra conjungit, efficitque cum ea additamentum suturae sagittalis, frontem secans.

b. Pars, qua ad fontanellam (sit verbo usitato venia) desinit.

c. Ora, qua se conjungit cum osse verticis, efficitque suturae coronalis partem.

d. Ora, qua se conjungit cum ossis multiformis parte laterali.

e. Processus sustinens os jugale.

f. Supercilium.

g. Foramen supercilii.

h. Sinulus, loco foraminis alterius.

i. Ora, qua se conjungit cum osse unguis et plano.

k. Ora, qua conjungit se cum processu nasali ossis maxillaris superioris.

l. Ora, qua se cum osse nasi conjungit.

m. Pars solidior, eminens, laevis a qua bracteolae inclinatae, specie filorum, in omnem ambitum videntur vergere; sed vix amplius distinctae sunt, ita fusae in se mutuo, ut laminam continuam referant, paucique, et ii tantumodo exigui, pori reliqui sint. Media parte magis solidata, inde ambitum versus minus minusque.

n. Hic bracteolae insignes sunt, lataeque, ac sic inclinatae oram versus, ut squamas piscium referant.

o. Habes exemplum, quomodo saepe bracteolae multae inter se confluant, efficiantque squamas majores, pariter oram versus inclinatas.

p. p. Hic tabula externa, e squamis supradictis effecta, desinit squamae majoris instar.

q. q. Nuda diploë, tota spongiosa, cujus bracteolae pariter oram versus inclinatae.

r. Pars rarior, ubi bracteolae inclinatae, solidioresque, et in se mutuo fusae; sed multi adhuc supersunt hiatus, fissuris non absimiles.

s. Multo rarior pars, eoque rarior et tenuior, quo oris propior; maxime quâ ad fontanellam desinit. In ea parte bracteolae diploës, sed eo minores, eoque minus inclinatae, minusque cohaerentes inter se, quo pars ipsa rarior et tenuior: donec juxta fontanellam nuda sint fila, quorum pleraque tenui materie ossea cohaerent, multa etiam plane libera in fine.

NUM. 2.

Eadem ossis Frontis pars, ex interiore parte.

a. b. c. d. e. f. Ut in *Num.* 1.

g. Ora, qua se cum osse unguis et plano conjungit.

h. Ora, qua conjungit se cum processu nasali ossis maxillaris superioris.

i. Ora, qua se cum osse nasi conjungit.

k. Ora, qua se conjungit cum processibus tenuibus ossis multiformis.

l. Pars interior supercilii, spongiosa, et eleganter porosa.

m. n. Lamina, quae lacunar foraminis optici efficit, majorem partem solida, et aliquantum inaequabilis hac parte, ad cerebri, quod sustinet, speciem. *n.* Hac parte tota spongiosa et porosa. Sic et aliquantum juxta reliquum orarum suarum.

o. Pars solidior, aequabilis, laevis, illa quae ab exteriore parte eminet *Num.* 1. *m.* Inde fila in omnem ambitum ad oras usque procedunt; sed primum *p. p. p.* paullo minus quam ex toto in se mutuo

fusa, leviterque, et tantum in superficie distincta, ac relinquentia poros paucos, parvos, subrotundos: dein ut procedunt, magis magisque distincta, et relinquentia poros et hiatus crebriores, eosdemque minores *q. q. q*; unde ipsum os paullatim rarius fit, donec juxta oras fila plane distincta sint; et tantum intermediis portionibus tenuibus, quas fundunt, cohaereant; quaedam etiam non cohaereant. Sed juxta fontanellam *r.* fila citius distincta, longeque deinde magis, sicut longa tenuiaque fila ad oram pertineant, et in fine minus cohaereant, nec tam crebre: hiatusque longos et angustos, instar fissurarum inter se relinquunt.

s. s. Hìc, antequam in oram abeat, aliquanto solidius est, eminetque.

t. Hìc in ipsa ora solidius eminensque.

u. u. Extremum tabulae vitreae, quae hìc jam distincta ab externa, cujus *w. w.* extremum: interceditque *x.* diploë tenerrima, tota spongiosa.

y. y. Extremum tabulae vitreae ab hac etiam parte distinctae.

z. Extremum tabulae externae.

A. Tabula externa cavi oculi.

B. Inter has tabulas interjecta diploë, similiter spongiosa ac tenerrima: quae in primis multa, ubi os ipsum crassius, crassitudinem ejus in primis efficiens.

NUM. 3.

Eadem pars ossis Frontis, a parte inferiore.

a. a. b. c. Ut in *Num. 1.*

d. Pars exterior hujus ossis.

e. Tabulae externae squama insignis.

f. Tabulae externae ab hac parte extremum.

g. Vitreae extremum.

h. i. Extremum tabulae, qua obductum cavum oculi.

k. l. Diplöe spongiosa tenerrima, tabulis illis interjecta. *k.* Ora, qua se conjungit cum ossis multiformis processu laterali maximo; *l.* extremum, quo sustinet os jugale.

m. n. Supercilium.

o. Sinulus, loco alterius foraminis supercilii.

p. Foramen supercilii.

q. Supercilii pars interior, tota spongiosa.

r. r. Hic superficies constat e squamulis latis, tenuibus, porosis, teneris, imbricatis, a radice supercilii tum introrsum, tum retrorsum procedentibus, et in fine plane liberis.

s. Laminae, quae lacunar orbitae efficit, solidior pars.

t. Ora illius laminae, qua se conjungit cum multiformi.

u. w. x. Ora, qua cum plano et unguis. *w.* Extremum tabulae, qua vestitum foramen oculi. *x. y.* Extremum tabulae vitreae.

z. z. Extremum tabulae externae.

Inter *w. x. y. z. z.* Interjecta spongiosa diploë.

A. Squama insignis tabulae externae.

B. Ora, qua conjungitur cum processu nasali ossis maxillaris superioris.

C. Ora, quae cum osse nasi conjungitur.

k. Extremum, crusta simili atque nucleus processus coronoïdei obductum; cui crustae continuata cartilago conjungens cum parte priore.

l. Foramen nervi noni paris, ad linguam pertinentis; quod foramen partim fit e cornu mododicto, partim ex nucleo processus coronoïdei, partim etiam e cartilagine, quae, ab illis nata, se conjungit cum parte priore ossis occipitis.

m. n. o. p. q. r. Pars prior ossis occipitis.

m. r. r. Pars ejus major, elegantissime spongiosa.

n. Margo ejus, ad magnum foramen pertinens, crusta tenui, satis acquabili, et in qua nulla fila conspicua, tectus.

o. o. Hic margo obductus crusta, quali nucleus processus coronoïdei. Continuatque se crustae illi cartilago, quae inde pertinet ad cornu partis lateralis ossis occipitis, nucleumque processus coronoïdei.

p. p. Margines, quibus se cum ossibus petrosis connectit.

q. Pars prior, quae interventu cartilaginis conjuncta cum basi multiformis.

r. r. Eminentiae, quibus se inserunt musculi *Recti interni majores* capitis.

NUM. 3.

Ossis occipitis pars posterior, quae Num. 1. exhibita fuit, hic ex interiore parte delineata.

a. a. b. b. c. c. d. e. f. f. g. g. Ut in *Num. 1.*

h. Pars media, aliquantum concava, porosa, circum quam os primo solidius, dein oras versus rarius rariusque, filorumque prae se fert speciem, inprimis ea parte, quae est supra fissuras laterales, quae et sensim tenuior, ad postremum in tenuem oram desinit. Quod vero infra easdem fissuras est, diutius solidius est, totumque crassius, juxta oram inferiorem rarius, ibidemque crassius, et ex binis tabulis, sed adhuc valde raris, constans, interjecta diploë multa, eaque rara, tenerrima.

i. Rudimentum eminentiae, quae a media crassissima ossis occipitis parte porrecta ad magnum ejusdem ossis foramen.

NUM. 4.

Ossis occipitis partes Num. 2. delineatae, ex interiore parte.

a. b. c. d. Ut in *Num. 2.*

e. Pars posterior, insigniter spongiosa, sed juxta magnum

foramen occipitis ossis solidior, et ad radicem cornu.

f. Crusta orae hujus similis illi, qua crustatus nucleus processus coronoïdei. Vide *Num. 2. f.*

g. Pars cartilaginea.

h. Os foraminis venae vertebralis.

i. Pars foraminis nervi noni paris.

g. l. Interior pars nuclei processus coronoïdei, insigniter porosa.

l. Crusta, de qua *Num. 2. f.*

m. Cornu solidius, quod cartilaginis multae interventu connectitur cum latere partis prioris ossis occipitis.

n. Crusta similis illi, qua nucleus processus coronoïdei crustatus. Vid. *Num. 2. f.*

o. p. q. r. s. t. u. Ossis occipitis pars prior.

o. Pars sinuata porosa.

p. Pars eminens, solidior.

q. Pars prior, eleganter porosa, sinuataque, maxime in medio.

r. Ora posterior, ad magnum foramen pertinens.

s. s. Margines crusta tali crustati, qua nucleus processus coronoïdei: vid. *Num. 2. f.* His continuata cartilago pertinens ad cornu partis lateralis ossis occipitis, itemque ad nucleum processus coronoïdei.

t. t. Margines, quibus connectit se cum ossibus petrosis.

u. Pars prior, quae obducta crusta, quali nucleus processus coronoïdei: vid. *Num. 2. f.* Eique continuata cartilago, qua hoc os conjungitur cum multiformis basi.

FIG. X. XI. XII.

Os hyoides Fig. X. a parte priore.
XI. a posteriore.
XII. a laterali.

ψ. Basis ossis hyoïdei.

ω. Cornu ejusdem.

A. Cartilago in quam abit cornu.
B. Corpusculum graniforme.
E. Locus, ubi musculus *geniohyoïdeus* inseritur.

FIG. XIII.

Ejusdem ossis articulus diductus.

ψ. ω. *A.* Ut in Fig. X.
C. D. Quâ basis et cornu committuntur inter se.

TABULA XIV.

OS SACRUM ADULTI HOMINIS ET COLUMNA VERTEBRALIS FOETUS.

Ex Albini *Tab. oss. humanor.* et *Icon. oss. foetus.*

FIGURA I.

Os sacrum adulti hominis a parte priore.

a. Corpora vertebrarum, quae os sacrum componunt.
b. Margo eminens.
c. Notae distinctionis pristinae.
f. Processus obliqui superiores.
i. Processus transversi.
q. Viae nervorum.
r. Eorum vestigia.

FIG. II.

Spina dorsi foetus maturioris a parte priore expressa.

a.a.æ.æ.b.c.d.e.f.f.g.g. Sexta colli vertebra. *a. æ. b.* Corpus ejus. *a. a.* Pars cartilaginea, quae intus nucleum osseum magnum habet. *æ.* Pars verticis, quo sustinet atlantem; quae pars habet superficiem solidiorem ac laevem. *b.* Nuclei ossei pars per cartilaginem translucens. *c. d.* Processus odontoïdes. *c.* ossea pars ejus. *d.* extremum cartilagineum. *e.* Radix prior processus transversi; quae tota cartilaginea, et cartilagineae parti corporis continuata. *f.* Extremum tuberculum pro-

cessus transversi, idque cartilagineum. *g.* Pars ossea lateralis, in qua processus obliquus inferior.

h.i.i.k.k.l.l.m.m. Tertia vertebra colli, ex qua et reliquae colli vertebrae facile intelligentur. *h.* Corpus extrinsecus cartilagineum, intus nucleo osseo magno constans. *i.* Radix prior processus transversi, tota cartilaginea. *k.* Extremum processus transversi, cartilagineum. *l. m.* Pars ossea lateralis; in qua *l.* processus obliquus inferior, *m.* superior.

n.o.p.q.r.s.t. Nona dorsi vertebra, ex qua reliquae intelligi poterunt. *n. o. o.* Corpus ejus, quod extrinsecus majorem partem cartilagineum, intus osseum. *n.* Ossei nuclei pars nuda, scabra, porosa. In duodecima, nulla pars nuclei nuda est. *o. o.* Pars cartilaginea. *p. q. r.* Pars ossea lateralis; utrimque una: *p.* processus obliquus superior; *q.* processus transversi pars major; *r.* processus obliquus inferior. *s.* Additamentum cartilagineum processus transversi. *t.* Additamentum cartilagineum processus obliqui superioris.

u.w.x.y.z. Vertebra lumborum quinta. *u. w. w.* Corpus ejus, extrinsecus similiter majori ex parte cartilagineum, intus osseum. *u.* Nuda nuclei ossei pars, scabra, spongiosa. *w. w.* Pars cartilaginea. *x.* Pars ossea lateralis, ab utroque latere. *y.* Additamentum cartilagineum processus transversi. *z.* Additamentum cartilagineum processus obliqui superioris.

α. α. In quibusdam vertebris lumborum, pars prior processus transversi tota cartilaginea est, et continua parti cartilagineae corporis.

β.γ.δ.ε.ζ.η.θ. Os sacrum, majori ex parte cartilagineum. *β.* Pars corporum cartilaginea, ex quibus constat. *γ.* Nuclei ossei pars nuda, spongiosa. *δ. ε.* Laterales partes ossis sacri. *ε.* Partes lateralium partium, quae sunt in foraminibus sacri prioribus. *ζ. ζ.* Partes osseae priores processuum transversorum vertebrae primae sacri; quas partes vertebrae verae non habent. *η. η.*

Similes osseae partes secundae. *θ.* Foramina priora sacri.

ι. κ. λ. μ. Quatuor coccygis partes, totae cartilagineae.

1. 2. 3.–31. Ligamenta, quae inter corpora vertebrarum colli, dorsi, lumborum, ossis sacri, coccygisque intercedunt, eaque inter se connectunt.

FIG. III.

Os sacrum adulti hominis a parte posteriore.

a. Corpora vertebrarum ex quibus os sacrum constat.

b. Margo eminens vertebrae primae.

c. Nota distinctionis pristinae inter corpus quartae et quintae.

d. Spina primae, secundae, tertiae vertebrae.

e. Processus obliqui inferiores.

f. ---------- superiores.

g. Quâ committuntur cum processibus inferioribus vertebrae lumborum proximae.

h. Ubi processus obliqui concreti inter se.

i. Processus transversi.

k. Tubercula ubi processus transversi concreti sunt inter se.

l. m. Partes, quibus os sacrum committitur cum osse iliûm.

n. Ubi affixa ligamenta commissuram illam continentia.

o. Ubi os sacrum connectit se cum ima lumborum ope ligamenti.

q. Viae nervorum.

FIG. IV.

Spina dorsi Fig. II. delineata, hîc a parte posteriore exhibita.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n. Vertebra colli sexta. *a. c. c. e.* Pars ejus cartilaginea. *b.* Nucleus osseus, qui est in corpore ejus. *c. c.* Superficies solidiores laevesque, quae com-

mittuntur cum atlante. *d. d. e.* Processus odontoïdes: *d. d.* pars ejus ossea, nondum per longitudinem suam cohaerens, sed discreta e portione cartilaginea. *f. g. h. i.* Pars lateralis ossea ab utroque latere: *f.* pars prior, qua cartilagini corporis inhaeret: *g.* pars, quae posteriora vertebrae efficit: *h.* principium processus obliqui inferioris: *i.* principium radicis posterioris processus transversi. *k.* Additamentum cartilagineum radicis illius. *l. m. m.* Pars cartilaginea, qua partes osseae laterales conjunctae inter se a parte posteriore, quaeque spinam in primis efficit. *m. m.* Tubercula duo, quae sunt rudimenta extremi bifurci.

o. p. q. r. s. t. u. w. x. Prima colli vertebra; ex qua reliquae non difficulter intelligentur. *o. p. q. r.* Pars ossea lateralis, utrimque una. *o.* Processus obliquus superior. *p.* Principium spinae. *q.* Principium radicis posterioris processus transversi. *r.* Processus obliquus inferior. *s. t. t.* Cartilago, quae interjecta extremis posterioribus partium ossearum lateralium, ea connectit inter se. Haec et spinam inprimis efficit. *u.* Additamentum cartilagineum processus obliqui inferioris. *w.* Additamentum cartilagineum posterioris radicis processus transversi. Est vero continuatum cartilagineae radici priori. *x.* Additamentum cartilagineum processus obliqui superioris.

γ. γ. z. z. α. α. β. β. γ. γ. δ. ε. ε. Septima vertebra dorsi. Reliquae ipsi similes, praeter duodecimam, quae magis similis primae colli. *γ. z. α.* Pars ossea lateralis; una ab utraque parte; *z.* principium processus obliqui superioris: *α.* principium processus transversi. *β.* Additamentum cartilagineum processus transversi. *γ. γ. δ. ε. ε.* Cartilago, quae partes duas laterales osseas a parte posteriore conjungit, quaeque et inferiorem partem processuum obliquorum inferiorum efficit, eosque ipsos, quâ ad superiores admoti, integit. *δ.* Spina. *ε. ε.* Processuum obliquorum inferiorum partes inferiores.

ζ. ζ. Corpus cartilagineum primae vertebrae dorsi.

η. θ. ι. ϰ. λ. μ. ν. ξ. Quarta lumborum. η. θ. Partes osseae laterales: θ. principium processus transversi. ι. Additamentum cartilagineum processus transversi. ϰ. Additamentum cartilagineum processus obliqui superioris. λ. η. ν. Cartilaginea pars posterior, qua partes laterales osseae inter se conjunctae. μ. μ. Processus obliqui inferiores. ν. Spinae rudimentum. ξ. ξ. Corpus, hac parte cartilagineum.

ο. π. - ω. *A.* - *M.* Os sacrum. ο. Latera ossis sacri, quibus cum ossibus iliûm partim committitur, partim colligatur: eaque cartilaginea sunt. π. π. Corpus vertebrae sacri primae, ρ. secundae, σ. tertiae (quae corpora intus ossea, extrinsecus cartilaginea et porosa,) τ. υ. quartae: τ. pars cartilaginea, υ. nuclei ossei nuda pars: φ. χ. quintae: φ. pars cartilaginea, χ. pars nuda nuclei ossei. ψ. ϱ. Partes osseae laterales vertebrae primae, ω. ω. secundae, *A. A.* tertiae, *B. B.* quartae. *C. C.* Additamenta cartilaginea processuum obliquorum superiorum primae, *D. D.* secundae, *E. E.* tertiae. *F. G. H.* Cartilago, quae inter se conjungit partes osseas laterales primae: *G.* spinae rudimentum: *H.* processus obliquus inferior. *I. I. K.* Eadem cartilago secundae: *I. I.* processus obliqui inferiores: *K.* spinae rudimentum. *L.* Eadem cartilago tertiae, in qua tantum rudimentum spinae: aliquando et processus obliqui inferiores. *M. M. M. M. M. M. M. M. M.* Foramina posteriora.

N. O. P. Q. Coccygis vertebrae quatuor, totae cartilagineae.

1. 2. 3. - *10.* Ligamenta, quae corporibus vertebrarum interjecta, ea connectunt inter se.

FIG. V.

Os sacrum adulti hominis a parte laterali.

a. a. b. Ut in Fig. I.

d. e. f. k. l. m. n. Ut in Fig. III.

FIG. VI.

Spina dorsi foetus maturioris, media parte inter priorem et lateralem expressa.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m. Sexta colli vertebra: *a. b. c.* corpus ejus: *a. c.* corporis pars cartilaginea: *b.* corporis nucleus osseus, undique cartilagini inhaerens, et hîc per eam translucens: *c.* superficies solidior, laevissima, qua committitur cum atlante. *d.* Radix prior processus transversi, tota cartilaginea, et cartilagineae parti corporis continuata. *e.* Extremum tuberculum processus transversi, cartilagineum. *f. g.* Processus odontoïdes, qui majorem partem osseus: *f.* pars ossea: *g.* pars extrema cartilaginea. *h. i. k.* Pars ossea lateralis sinistra: *h.* processus obliquus descendens, cujus illa superficies, qua cum obliquo adscendente vertebrae quintae committitur, cartilagine tenui, solidiore, laevissima, crustata est. *k.* Pars posterior partis osseae, quae principium spinae efficit. *l.* Cartilago, quae efficit spinae extremum. *m.* Pars ossea lateralis dextra.

n.o p.q.r.s. Quarta colli. *n.* Corpus extrinsecus totum cartilagineum, sed intus nucleum osseum habens. *o.* Radix prior processus transversi, quae cartilagineae parti corporis continuata, ipsaque tota cartilaginea est. *p.* Extremum processus transversi, quod cartilagineum. *q. r. s.* Pars ossea lateralis dextra: *q.* pars ejus, in qua processus obliqui, adscendens et descendens. *r.* Pars, quae cartilagineae parti corporis inhaeret. *s.* Pars, quae efficit principium spinae.

t. Secundae colli pars ossea lateralis dextra. Reliquis colli vertebris litterae non inscriptae, quoniam easdem partes habent, unius quartae indice facile cognoscendas.

u.w.x.y.z.α.β.γ.δ. Dorsi quinta vertebra, ex cujus explanatione reliquae dorsi intelligi poterunt. *u. w.* Corpus, quod

magnam partem cartilagineum, intus habet nucleum osseum. *u.* Nuclei ossei pars prior, nuda, scabra, porosa. In summa dorsi hic nucleus, nulla parte sui nudus, non apparet: *w.* pars cartilaginea. *x. y. z. α.* Pars ossea lateralis sinistra: *x.* hac parte inhaeret cartilagini corporis. *y.* Principium processus obliqui superioris. *z.* Principium processus transversi. *α.* Principium processus obliqui inferioris. *β.* Pars cartilaginea, quae partibus osseis lateralibus interserta, spinam efficit, et processus obliquos inferiores incrustat. *γ.* Additamentum cartilagineum processus transversi. *δ.* Additamentum cartilagineum processus obliqui superioris.

ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. Lumborum vertebra tertia. *ε. ζ.* Corpus, quale vertebris dorsi. *ε.* Nuclei ossei nuda pars, scabra, porosa. *ζ.* Pars cartilaginea. *η. θ.* Pars ossea lateralis sinistra: *η.* hac parte inhaeret cartilagineae parti corporis: *θ.* hac in posteriora descendit. *ι.* Additamentum cartilagineum processus obliqui superioris. *κ.* Additamentum cartilagineum processus transversi. *λ.* Spinae extremum. *μ.* Pars lateralis dextra, ex interiore parte.

ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. Os sacrum, quod majorem partem cartilagineum. *ν. ξ. ν. ξ. ν. ξ. ν. ξ. ν. ξ.* Quinque ejus corpora, quae majorem partem cartilaginea, intus nucleum osseum habent; *ν.* nuclei ossei pars prior nuda, eaque spongiosa; *ξ.* corporis pars cartilaginea. *ο. ο. ο.* Latera sacri. *π. ρ.* Processuum transversorum partes osseae priores, quas prae vertebris veris praecipuas habent: *π.* primae sacri, *ρ.* secundae. *σ.* Superficies lateralis, quae partim commissa, partim colligata cum osse ilium. *τ. τ. τ. τ. τ. τ. τ.* Foramina priora sacri.

υ. φ. χ. ψ. Quatuor coccygis vertebrae, totae cartilagineae.

1. 2. 3. – 31. Ligamenta, quae intercedunt inter corpora vertebrarum colli, dorsi, lumborum, sacri, coccygis; eaque inter se connectunt.

FIG. VII.

Ossis sacri facies superior.

a.b.d.f.h.i. Ut in Fig. III.
p. Pars canalis spinae medullae.
q. r. Ut in Fig. III.

FIG. VIII.

Coccyx a priore parte.

FIG. IX.

---- a posteriore.

FIG. X.

---- a laterali.

a. a. a. a. Quatuor vertebrarum corpora.
f. Processus obliquus superior, quo vertebra superior coccygis committitur cum inferiore sacri proxima.
i. Processus transversi.

TABULA XV.

LUMBORUM VERTEBRAE.

Ex Albini *Tab. oss. human.*

FIGURA I.

Syntaxis vertebrarum lumborum a priore parte.

a. Corpus uniuscujusque vertebrae.
b. Margo eminens.
c. Processus transversus tam a dextris, quam a sinistris.
e. - - - - - obliquus inferior.

FIG. II.

Eadem syntaxis, a posteriore.

a. b. c. Ut in Fig. I.
d. Processus obliquus superior.
e. - - - - - - - - - - - inferior.
f. Sinus, quo processus obliqui committuntur inter se.
h. Spina, seu processus spinosus.
i. Ubi affixum ligamentum inferius duas quasque vertebras continens.
l. Tuberculum, cui inseritur musculus *Multifidus spinae.*

FIG. III.

Eadem syntaxis, a parte laterali.

a.b.c.d.e.h. Ut in Fig. II.

g. Tuberculum, quod respondet sinui *f.* Fig. II. et quo processus obliqui committuntur inter se.

m. Ubi inseritur musculus *interspinalis*.

n. Unde ipsemet musculus *interspinalis* oritur.

p. Viae nervorum spinalium et vasorum.

FIG. IV.

Tertiae lumborum vertebrae facies superior.

a.b.c.d.f.h.i. Ut in Fig. II.

o. Foramen, per quod spinae medulla descendit.

FIG. V.

Ejusdem vertebrae facies inferior.

a.b.c.d.e.f. Ut in Fig. II.

g. Tuberculum, de quo dictum est in explicatione Fig. III.

h. Spina.

k. Ubi affixum ligamentum superius duas quasque vertebras continens.

o. Foramen, quo spinae medulla descendit.

TABULA XVI.

VERTEBRAE DORSI.

Ex ALBINI *Tab. oss. human.*

FIGURA I.

Syntaxis vertebrarum dorsi a parte priore.

a. Corpus uniuscujusque vertebrae.
b. Margo eminens superior et inferior.
c. Processus transversi.
d. ------ obliqui superiores.
f. ------ obliqui inferiores.
g. Quâ processus obliquus inferior committitur cum superiore vertebrae inferioris.
h. Sinus, quo processus transversus committitur cum costae capitulo *a.* (Tab. XIX. Fig. I.)
i. Sinus, quo cum principio *a.* (Tab. XVIII. Fig. I.)
o. Ubi inseritur ligamentum, duas quasque contineus.
z. Facies inferior corporis vertebrarum.

FIG. II.

Eadem syntaxis a parte posteriore.

a. c. d. Ut in Fig. I.
e. Processus obliquus superior quâ committitur cum inferiore vertebrae superioris.
f. i. Ut in Fig. I.
m. Spina.

n. Ubi inseritur ligamentum parte inferiore duas quasque vertebras continens (superiore vero parte vide o. Fig. I.)

p. Ubi inseritur ligamentum transversum costae articulum continens.

FIG. III.

Ejusdem syntaxis facies lateralis.

a.b.c.d.f.g.h.i. Ut in Fig. I. et II.

k. l. Sinus quo connectitur cum principio reliquarum costarum *b. c.* (Tab. XVIII. Fig. I.)

m. Spina.

q. r. Ubi inseruntur ligamenta principium costae continentia.

s. Viae nervorum spinalium et vasorum.

u. Ubi musculus *interspinalis* inseritur.

v. Unde idem musculus oritur.

FIG. IV.

Septima dorsi vertebra a parte superiore, ex cujus explanatione caeterae omnes facile intelligi poterunt.

a.b.c. d.e. Ut in Fig. I. II. III.

l. m. Ut in Fig. III.

n. Ubi inseritur ligamentum vertebram hanc cum superiore connectens.

t. Foramen, quâ spinae medulla descendit.

FIG. V.

Eadem vertebra a parte inferiore.

a.b.c.f.g. Ut in Fig. I.

k. m. Ut in Fig. III.

o. Ubi inseritur ligamentum vertebram hanc cum inferiore connectens.

t. Foramen, per quod spinae medulla descendit.

TABULA XVII.

VERTEBRAE COLLI.

Ex Albini *Tab. oss. hum.* et *Icon. oss. Foetus.*

FIGURA I.

Syntaxis vertebrarum colli a parte priore.

a. Corpus uniuscujusque vertebrae.
b. Margo eminens.
c. Processus obliquus superior.
e. - - - - - - - - - - inferior.
f. Quâ processus istiusmodi cum obliquo superiore vertebrae inferioris committitur.
g. Processus transversus.
h. Radix ad eum accedens.
i. Sinus cui nervus spinalis insidet.
k. Foramen, quo ea vasa incedunt, quae vocantur vertebralia.
r. r. Axis vertebrae sextae, quae dicitur *Epistrophaeus*.
u. Qua haec vertebra committitur cum Atlantis sinu *w.* Fig. XI.
x. Sinus quo cum capite *c.* Tab. IX. Fig. I. Eorum alter, scilicet dexter, hîc divisus in duos: *y. z.*
γ. Ubi affigitur musculus *longus colli*, et ligamentum connectens hanc vertebram cum osse occipitis.

FIG. II.

Eadem syntaxis a posteriore.

a.c.e.g.h.k. Ut in Fig. I.
l. Spina, quae in cornua duo desinit *m. m.*
r. u. x. Ut in Fig. I.
α. Intercapedo in Atlante, cui inserta axis *r.*
β. β. Unde oritur ligamentum transversum axem continens.
δ. Unde oriuntur musculi *recti postici minores*.
ε. Via arteriae dictae vertebralis.
η. Vide in Fig. IX. *ε.*

FIG. III.

Eadem syntaxis a latere.

a.c.e.f.g.h.i.k. Ut in Fig. I.
l. Spina.
q. Via nervorum spinalium et vasorum.
u. Ut in Fig. I.
ε. ζ. η. Ut in Fig. IX.

FIG. IV.

Tertia colli vertebra a facie superiore.

a. b. c. Ut in Fig. I.
d. Quâ cum processu obliquo inferiore vertebrae superioris committitur.
g. h. i. k. Ut in Fig. I.
l. m. m. Ut in Fig. II.
n. Ubi inseritur ligamentum duas quasque vertebras continens.
p. Foramen, quo spinae medulla descendit.

FIG. V.

Eadem vertebra ab inferiore.

a. Corpus.
b. Margo eminens.
c. Processus obliquus inferior.
f. Quâ idem processus cum superiore vertebrae inferioris committitur.
g. h. Ut in Fig. I. II. III.
k. Foramen, quo vasa incedunt, quae dicuntur vertebralia.
l. m. m. Ut in Fig. II.
o. Ubi inseritur ligamentum duas quasque vertebras continens. Vide *n.* Fig. IV.
p. Foramen, quo descendit spinae medulla.

FIG. VI.

Epistrophaeus, sexta scilicet colli vertebra, a parte priore.

a.e.f.h.l.m.m.o. Ut in Fig. I. II. III. IV.
r. Axis hujus vertebrae, circa quem Atlas rotatur cum capite. Vocatur etiam processus *odontoïdes*.
t. Quâ axis istiusmodi committitur cum atlante; scilicet cum *v.* Fig. IX.
u. Quâ respondet sinui atlantis *w.* Fig. XI.

FIG. VII.

Ejusdem vertebrae facies posterior.

a. e. g. Ut in Fig. I. et II.
l. m. m. Ut in Fig. II.
p. Foramen, quâ spinae medulla descendit.
r. u. Ut in Fig. II. VI.

FIG. VIII.

Ejusdem vertebrae latus sinistrum.

a. Corpus vertebrae.
e. Processus obliquus inferior.
g. - - - - - transversus. *h.* radix ad eum accedens.
k. Foramen, quâ incedunt vasa vertebralia.
l. Processus spinosus, seu spina.
r. Axis: *s.* quâ ligamento transverso continetur.
t. u. Ut in Fig. VI.

FIG. IX.

Atlas a facie superiore.

a. a. Latera atlantis, quae corpus quodammodo constituunt.
g. Processus transversus, ad quem accedit radix *h.*
k. Foramen, per quod transeunt vasa quae dicuntur vertebralia.
p. Foramen, per quod descendit spinae medulla.
v. Quâ committitur cum axi *t.* Fig. VI. VIII.
x. Sinus, quo committitur cum capite *c.* Tab. IX. Fig. I. Eorum alter, scilicet dexter, hîc divisus in duos *y. z.*
α. Intercapedo, cui inserta axis *r.* Fig. VI. VII. VIII.
β. β. Unde oritur ligamentum transversum axem continens.
γ. Ubi affigitur musculus *longus colli*, et ligamentum, quo atlas cum osse occipitis alligatur.
δ. Unde oriuntur musculi *recti postici minores.*
ε. Via arteriae dictae vertebralis: hîc in dextro latere est foramen *ζ*, perficiente arcu *η*.

FIG. X.

Atlas foetus maturioris a parte superiore.

a.b.c.d.e.f.g.h. Pars cartilaginea prior, e qua fit pars major atlantis.

b. Sinus superficiei solidioris ac laevis quo committitur cum processu odontoïde vertebrae sextae.

c. Tuberculum, cui insertus *Longus colli*.

d. e. d. e. Sinus, ab utraque parte unus, isque superficiei solidioris, ac laevis, qua recipit processum coronoïdeum ossis occipitis. *e.* Hic per superficiem translucet pars ossea lateralis, qua inhaeret cartilagini.

f. Radix prior processus transversi. *g.* Extremum ejusdem processus.

h. i. Tuberculum cui affixum ligamentum, quod pone processum odontoïdem ex transverso deductum: *h.* pars tuberculi, quae fit a cartilagine priore: *i*, pars, quae a laterali ossea parte.

i. k. l. Ab utroque latere pars lateralis ossea, quae solidior, sed aliquantum spongiosa extremis suis. *l.* Radix posterior processus transversi.

m. n. Pars cartilaginea posterior, interjecta extremis posterioribus partium ossearum, posterioremque vertebrae partem perficiens. *n.* Eminentia, a qua oriuntur *Recti capitis postici minores*.

FIG. XI.

Atlantis facies inferior.

α. a. g. h. k. p. Ut in Fig. IX.

w. Quâ committitur cum epistrophaei vertice *u*.

a. γ. δ. Ut in Fig. IX.

FIG. XII.

Atlas foetus maturioris a facie inferiore.

a.b.c.d.e.f. Pars cartilaginea prior, e qua fit pars atlantis major.

b. Tuberculum, cui insertus musculus *Longus colli*.

c. d. c. d. Corporis partes, quibus in sexta vertebra colli insistit. *d.* Superficies solidior, laevissima, qua cum sexta colli committitur.

e. Radix prior processus transversi.

f. Extremum ejusdem processus.

g. h. g. h. Partes laterales osseae, quae majorem partem solidiores; sed quâ cartilagineis portionibus inhaerent, magis spongiosae. *h.* Radix posterior processus transversi.

i. k. Pars cartilaginea, quae posteriorem vertebrae partem perficit, extremis partium ossearum interjecta. *k.* Ejus tuberculum, unde *Recti capitis postici minores* procedunt.

TABULA XVIII.

COSTAE A FACIE POSTERIORE ET LATERALI.

Ex Albini *Tab. oss. human.*

FIGURA I.

Costarum sinistrarum syntaxis a posteriori.

a. Capitulum, quo unaquaeque costa committitur cum processu transverso *h.* Tab. XVI. Fig. I. III.
b. Ubi affigitur ligamentum transversum, costam connectens cum ipsomet processu transverso vertebrarum.
c. Ubi inseritur musculus *Sacrolumbalis*, etc.
d. Ubi inseritur musculus *Levator brevior* costarum.

FIG. II.

Earumdem costarum syntaxis a latere, ab exteriore parte.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Costae verae.
a. a. Ubi affigitur ligamentum transversum costam connectens cum processu transverso vertebrarum.
b. Unde oritur musculus *Scalenus medius.*
c. Unde *Serratus magnus.*
8. 9. 10. 11. 12. Costae nothae, seu spuriae.

TABULA XIX.

COSTARUM FACIES INTERIOR, ET COSTAE FOETUS.

Ex Albini *Tab. oss. hum.* et *Icon. oss. Foetus.*

FIGURA I.

Syntaxis costarum sinistrarum a latere, ex interiore parte.

a. Tuberculum, quo costa quaelibet committitur cum corpore vertebrae *i.* Tab. XVI. Fig. III.

b. c. Facies quibus costa alligatur corporibus duarum vertebrarum *k. l.* Tab. XVI. Fig. III.

d. Angulus inter facies *b. c.* adnexus ligamentis inter corpora interjectis.

e. Capitulum, quo costa committitur cum processu transverso *h.* Tab. XVI. Fig. I. III.

f. Ubi affigitur ligamentum transversum costam connectens cum ipso processu.

g. Ubi inseritur musculus *Levator brevior.*

h. Vestigium vasorum intercostalium.

i. Ubi cartilago continuatur.

FIG. II.

Costa sexta dextri lateris foetus maturi ab exteriore parte expressa.

a. Pars ossea, media elegantissime in fibras distincta, extremo priore spongiosa.

b. c. Additamentum cartilagineum, quo spinae inhaeret.

b. Pars, qua inhaeret corporibus.

c. Qua processui transverso.

d. e. f. Pars cartilaginea, in quam a priori parte abit. *e.* Pars ejus, qua proxime inferioris partem cartilagineam contingit, et cum ea colligatur. *f.* Extremum, quo inserta sinui sterni.

FIG. III.

Eadem costa ex interiore parte.

a. b. Pars ossea, solidior, spongiosa autem extremo illo, quo desinit.

b. Sinus, in quo fibrae pulchre apparent.

c. d. Additamentum cartilagineum, quo spinae dorsi inhaeret. *c.* Pars, quae inhaeret corporibus vertebrarum. *d.* Capitulum, quo committitur cum processu transverso.

e. f. Pars cartilaginea. *f.* Ejus latior pars, se demittens ad proximae costae cartilaginem.

FIG. IV.

Costa prima dextra foetus maturi, a superiore parte.

a Pars ossea, spongiosa extremis, inprimis priore.

b. Additamentum cartilagineum, quo inhaeret corpori vertebrae dorsi summae.

c. Additamentum cartilagineum alterum, quod est capitulum, quo committitur cum processu transverso ejusdem vertebrae.

d. Pars cartilaginea, truncata.

FIG. V.

Costa duodecima ejusdem foetus, ab exteriore parte.

a. Pars ossea.

b. c. Additamentum cartilagineum, quo inhaeret vertebrae primae dorsi. *c.* Hic pars ossea per cartilaginem tenuem, qua illa pars inhaeret ipsi, translucet.

d. Pars cartilaginea, in quam a priore parte abit, portione ossea longior quam in adulto.

TABULA XX.

STERNUM ET CLAVICULA.

Ex iisdem Operibus ALBINI.

FIGURA I.

Os pectoris, seu sternum a priore parte.

f. i. Sinus laterales, cum quibus cartilagines costae quintae et septimae committuntur.

k. Sinus cum quo clavicula *a.* Fig. VI. X. et XI. hujus Tab.

l. m. Ligamenta quibus haec ossa continentur.

n. o. p. Pristinae distinctionis indicia.

q. Cartilago mucronata.

FIG. II.

Sternum foetus immaturi junioris, a priori parte exhibitum.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. Novem granula ossea, undique inhaerentia cartilagini: quorum quatuor superiora *a. b. c. d.* aliquanto firmiora. *a. b.* Duo in parte superiore sterni. *c. d.* Duo in parte illa, quae inter extrema cartilaginea costarum secundarum et tertiarum. *e. f.* Duo in illa, quae inter extrema costarum tertiarum et quartarum. *g. h.* Duo in illa, quae est inter extrema costarum quartarum et quintarum. *i.* Unum in cartilagine mucronata.

k. k. Partes, quae sustinent claviculas.

l. l. Extremum cartilagineum costae primae, in utroque latere, continuatum sterno.

m. Tam a dextris, quam a sinistris, extremum cartilagineum costae secundae: *n.* tertiae: *o.* quartae: *p.* quintae: *q.* sextae: *r.* septimae. Omnia sinibus sterni inserta, praeter quintae, quod mediae parti sterni hîc continuatae.

s. s. etc. Ligamenta, quae extrema cartilaginea costarum, inserta sinibus sterni, sterno alligant.

FIG. III.

Sternum foetus maturi, oblique a priori parte et simul a latere sinistro exhibitum.

a. Pars superior, majorem partem cartilaginea.

b. Pars media, similiter majorem partem cartilaginea.

c. Pars inferior, quam *cartilaginem ensiformem* appellant, adhuc tota cartilaginea.

d. Ligamentum, quo portio prima connexa cum secunda.

e. Simile, quo secunda cum tertia connexa.

f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. Ossicula tenera, porosa, in cartilaginibus nata.

f. g. Ossiculum partis superioris, in ejus medio situm, reliquis majus: *f.* pars ejus nuda: *g.* pars cartilagini inhaerens.

h. i. Primum partis mediae ossiculum, situm in ea parte, quae est inter extrema costae secundae et tertiae: *h.* nuda ejus pars: *i.* ambitus in cartilaginem demersus.

k. l. Ossiculum secundum partis mediae, in ea parte situm, quae est inter extrema costae tertiae et quartae: *k.* ejus nuda pars: *l.* pars quae inhaeret cartilagini.

m. n. In partis secundae illa parte, quae est inter extrema costae quartae et quintae, loco unius majoris ossiculi, duo sunt minora, dextrum et sinistrum; et *m.* sinistrum totum cartilagini inhaeret: *n.* dextrum contra fere totum nudum (illa autem, quae in Icone dextra apparent, sinistra sunt.)

o. p. q. In illa denique parte, quae est inter costarum quintae et sextae extrema, loco unius, tria minora, quae omnia intus in cartilagine haerent. Eorum unum *o.* reliquis majus, in dextra parte positum: *p. q.* in sinistra parte, unius dextri loco, duo minora, alterum infra alterum.

r. Superficies cui clavicula innixa.

s. s. Cartilaginea extrema costae primae tam a dextris, quam a sinistris, quae unam continuam cartilaginem efficiunt cum parte superiore sterni.

t. Pars ossea extrema costae primae sinistrae, conjuncta cum extremo cartilagineo.

u. w. Sinus, qui recipit cartilagineum extremum costae secundae: *u.* pars ejus, quae est in parte superiore sterni: *w.* pars quae in media.

x. y. z. A. Quatuor sinus, qui sunt in parte media sterni, recipiendis extremis cartilagineis costae tertiae, quartae, quintae, sextae, parati.

B. C. Sinus, qui recipit extremum cartilagineum costae septimae.

D. Foramen cartilaginis mucronatae.

FIG. IV.

Sternum adulti hominis Fig. I. exhibitum, a parte posteriore expressum.

a. Pars, cui continuatur cartilago costae summae.

b. d. e. f. Sinus, cum quibus cartilagines committuntur costae secundae, tertiae, quartae, quintae.

k. l. m. n. o. p. q. Ut in Fig. I.

FIG. V.

Idem os a latere.

a. Pars, cui continuatur cartilago costae summae.
b. c. - - - - - - - - - - - - - - - secundae.
d. - - - - - - - - - - - - - - - tertiae.
e. - - - - - - - - - - - - - - - quartae.
f. - - - - - - - - - - - - - - - quintae.
g. - - - - - - - - - - - - - - - sextae.
h. i. - - - - - - - - - - - - - - - septimae.
k. l. m. q. Ut in Fig. I.

FIG. VI.

Clavicula sinistra adulti hominis a parte superiore.

a. Pars, qua cum osse pectoris committitur.
c. Unde oritur musculus *pectoralis*.
d. Unde oritur musculus *deltoides*.
e. Unde *cleidomastoideus*.
i. Ubi inseritur musculus *cucullaris*.

FIG. VII.

Foetus maturi clavicula dextra a parte superiore (a).

a. Circa medium a parte priore aliquantulum porosa est, unde musculi *pectoralis* origo.
b. Plaga porosa, unde *deltoides* oritur.
c. Extremum, quo cum superiore scapulae processu com-

(a) In *Albini* Opere, typographi fortassis errore, claviculam foetus dexteram ab *inferiore* facie hic exhiberi legitur, et *inferior* quoque ejusdem ossis pars delineata dicitur in Fig. IX. Iconibus autem cum dextera foetus clavicula comparatis, hac figura *superiorem* ejus superficiem repraesentari non dubitamus.

mittitur, tenui teneraque crusta ossea tectum.

d. e. Caput ejus, quo innixa ossi pectoris: *d.* margo, capitis illius ambitum faciens; qui margo fit e lamella ossea tenui, laeviterque porosa: *e.* extremum capitis, tectum crusta ossea tenui et tenera.

FIG. VIII.

Clavicula adulti hominis sinistra a parte inferiore.

a. Quâ committitur cum osse pectoris.

b. Quâ cum scapula *f.* Tab. XXI. Fig. III. VII.

c. d. Ut in Fig. VI.

f. g. Unde oriuntur ligamenta claviculam cum processu coracoideo connectentia.

h. Unde oritur ligamentum claviculam conjungens cum cartilagine costae summae.

k. Ubi inseritur musculus *subclavius*.

FIG. IX.

Dextra maturi foetus clavicula a parte inferiore.

a. Extremum, quo cum scapula committitur, crusta ossea, tenui, teneraque obductum.

b. Tuberculum, cui affixum ligamentum, quo clavicula alligatur processui coracoideo.

c. Caput, quo in osse pectoris innititur; cujus capitis extremum crusta ossea tenui, tenera, aliquantum porosa, obtectum.

FIG. X.

Clavicula sinistra adulti hominis a parte priore.

a. b. c. d. f. g. h. Ut in Fig. VIII.

FIG. XI.

Idem os a parte posteriore.

a. e. i. Ut in Fig. VI.

h. Unde oritur ligamentum claviculam connectens cum cartilagine costae summae.

FIG. XII.

Caput claviculae, quo ossi pectoris insidet.

a. Extremum, lamella cartilaginea obtectum.

TABULA XXI.

SCAPULA.

Ex iisdem Operibus ALBINI.

FIGURA I.

Scapula sinistra adulti hominis a parte posteriore.

a. Sinus, quo committitur cum humero (*a.* Tab. XXII. Fig. I. III. VI.)
b. a. Crusta cartilaginea.
c. Processus coracoideus.
d. Spina.
e. Processus superior.
h. Foramen, quo spina perforata.
m. Unde oritur musculus *deltoides*.
n. Unde - - - - - - - - - *teres major*.
q. Unde *bicipitis* caput.
s. Unde *teres minor*.
t. Ubi *cucullaris* inseritur.
u. Ubi *supraspinatus* oritur sedetque.
v. Ubi *infraspinatus*.

FIG. II.

Maturi foetus Scapula dextra a parte exteriore.

a. b. c. d. e. f. Pars ossea.
a. Pars, quae est supra spinam.
b. Spina.

c. Radix, seu principium processus superioris.
d. Principium cervicis, ab ossea parte effectum.
e. Pars, quae est infra spinam.
f. Margo eminens.
g. g. h. i. Additamentum cartilagineum cervicis, cujus
g. g. Processus coracoideus.
i. Cervicis sinus, superficiei solidioris, aequabilis, laevissimus, cui caput humeri insidet.
k. Additamentum cartilagineum processus superioris.
l. m. n. o. Additamentum cartilagineum, quo augetur
l. Basis scapulae, et
m. Angulus tum superior, tum
n. o. - - - - - - - inferior.
o. Margo eminens.

FIG. III.

Scapula adulti hominis a parte priore.

a. b. c. d. e. Ut in Fig. I.
f. Quâ committitur cum clavicula (*b.* Tab. XX. Fig. VIII. X.)
g. Lunula, per quam vasa et nervus penetrant.
i. Unde oriuntur ligamenta scapulam cum clavicula connectentia.
k. Unde *bicipitis* musculi caput internum cum *coracobrachiali*.
l. Unde *serratus anticus*.
o. o. o. Unde musculi *subscapularis* fasciculi.
r. r. r. Unde *serratus magnus*.
w. Ubi sedet *subscapularis*.

FIG. IV.

Scapula foetus ab interiore parte.

a. b. c. Pars ossea, quae inprimis spongiosa est juxta additamentum cartilagineum posterius.

b. Cervicis principium.
c. Pars spinae et principii processus superioris.
d. e. Additamentum cartilagineum cervicis; a quo fit *d.* cervicis pars magna, et *e.* processus coracoideus.
f. Granulum osseum in coracoideo.
g. g. h. Additamentum cartilagineum processus superioris.
h. Sinus, cui assidet clavicula.
i. i. Additamentum cartilagineum posterius, margini simile, quo augetur basis, angulus superior, inferiorque.

FIG. V.

Scapula adulti hominis a latere exteriore.

a. b. c. d. e. Ut in Fig. I.
k. Unde oritur musculus *biceps* cum *coracobrachiali.*
p. Unde *bicipitis* caput longius.
q. Unde longus venter *tricipitis.*
s. Unde *teres minor.*
u. Sedes musculi *supraspinati.*
v. - - - - - - - *infraspinati.*
w. - - - - - - - *subscapularis.*

FIG. VI.

Sinistra scapula foetus maturi a latere externo.

a. b. c. d. Pars ossea.
a. Pars, quae est infra spinam.
b. Margo eminens, in posteriore parte porosus.
c. Spina.
d. Principium processus superioris, juxta additamentum suum eleganter spongiosum.
e. Additamentum cartilagineum processus superioris.
f. g. h. Cervicis additamentum cartilagineum.
f. Pars ad cervicem pertinens.

g. Sinus, cui insidet caput humeri, laevissimus, et in superficie solidior.

h. Processus coracoideus, additamenti illius pars.

i. i. Additamenti posterioris pars, angulum inferiorem efficiens.

FIG. VII.

Scapulae superficies superior in adulto homine.

a. b. c. d. e. Ut in Fig. I.

f. g. Ut in Fig. III.

h. Foramen quo spina perforata.

i. k. l. Ut in Fig. III.

m. Unde oritur musculus *deltoides*.

p. - - - - - - musculi *bicipitis* caput longius.

t. u. Ut in Fig. I.

TABULA XXII.

HUMERUS.

Ex Albini *Tab. oss. hum.* et *Icon. oss. Foetus.*

FIGURA I.

Humerus sinister adulti hominis a parte interiore.

a. Caput, quo committitur cum scapula (*a.* Fig. I. V. Tab. XXI.)
b. Tuber, et *c.* margo, quibus cum radio *c. d.* Tab. XXIV. Fig. VII.
d. Orbita, qua cum ulna *b. c.* Tab. XXIII. Fig. I. V. VII.
e. Sinus, qui flexo cubito ulnam recipit.
g. Tuber majus: *h.* ubi *supraspinatus* musculus inseritur.
l. Tuber minus: *m.* ubi *subscapularis* inseritur.
n. Semicanalis continens musculi *bicipitis* caput longius.
o. Condylus major: *p.* unde musculi oriuntur.
q. Condylus minor: *r.* unde musculi oriuntur.
s. Ubi musculus *teres major* inseritur.
t. Ubi *pectoralis* et *latissimus dorsi*.
u. Ubi *deltoides*.
w. Ubi *coracobrachialis*.
z. Unde *brachialis internus* primo initio.
β. β. Unde ligamentum articulum continens.
γ. Canalis vasorum ad medullam penetrantium.

FIG. II.

Os humeri dextrum foetus maturi, a parte interiore.

a. Pars ossea, quae media satis solida firmaque, juxta additamenta cartilaginea admodum rara, porosa, infirma.

b. c. d. e. f. Additamentum cartilagineum superius: *b. c.* capitis superioris tuber prius, majus, inaequabile; cui inseritur *supraspinatus, infraspinatus, teres minor: c.* vertex ejus: *d.* caput globosum, in superficie solidius, laevissimum, insidens sinui scapulae: *e.* capitis superioris tuber posterius, minus, inaequabile, ad cujus radicem foramina per quae vasa penetrant. Huic tuberi inseritur *subscapularis.*

f. g. Sinus, qui continet *bicipitis* brachii tendinem, quo caput ejus longius incipit: *f.* pars ejus, quae in additamento, foramina habens, per quae vasa penetrant: *g.* pars, quae in trunco osseo.

h. i. k. l. m. Additamentum cartilagineum inferius: *h.* condylus prior, ab hac parte inaequabilis: *i.* condylus posterior, pariter inaequabilis: *k.* tuber, cui superficies solidior, laevissima. Hoc cum radio committitur: *l.* similis superficiei rotula, cum qua committitur ulna.

m. n. Sinus, qui, quando cubitus maxime flexus, recipit prominentiam interiorem capitis superioris ulnae: *m.* pars ejus, quae in additamento: *n.* pars, quae in trunco osseo.

o. Sinulus in trunco osseo similis, qui, cubito, quantum potest, flexo, recipit capitis superioris radii partem.

FIG. III.

Humerus sinister adulti hominis a parte exteriore.

a. b. d. Ut in Fig. I.

f. Sinus, qui olecranum ulnae recipit, cubito extenso.

g. Tuber majus: *i.* ubi *infraspinatus* inseritur: *k.* ubi *teres minor.*

o. q. r. Ut in Fig. I.

v. Ubi inseritur *deltoides.*

x. Ubi brevis oritur venter *tricipitis.*

z. Unde *brachialis internus* primo initio.

α. Sedes arteriae, venae, et nervi.

β. β. Unde ligamentum articulum continens.

FIG. IV.

Idem os in foetu maturo a parte exteriore.

a. Truncus osseus, medius solidior, juxta additamenta rarioris textus.

b. c. Additamentum cartilagineum superius: *b.* sinui scapulae insidens caput globosum, solidioris, laevissimaeque superficiei: *c.* capitis superioris tuber inaequabile majus.

d. e. f. g. h. i. Additamentum cartilagineum inferius: *d. e.* condylus posterior: *e.* sinus in exteriore ejus parte, per quem se demittit unus ex nervis brachialibus: *f.* condylus prior: *g.* pars tuberis, cum qua committitur radius: *h.* solidioris et laevissimae superficiei rotula, cum qua ulna committitur.

i. k. Sinus, quem olecranum ingreditur, quo tempore cubitum extendimus: *i.* pars ejus, quae est in additamento: *k.* pars, quae in trunco osseo, eaque pulchre porosa.

FIG. V.

Idem os in adulto homine a priore parte.

a. b. c. d. g. h. Ut in Fig. I.

i. k. Ut in Fig. III.

l. m. n. Ut in Fig. I.
q. Condylus minor: *r.* unde musculi oriuntur.
t. Ubi inseritur musculus *pectoralis* et *latissimus dorsi*.
u. v. Ubi *deltoides*.
γ. Unde oritur musculus *radialis externus longior*.
β. Unde ligamentum articulum continens.

FIG. VI.

Idem os a posteriore.

a. b. d. Ut in Fig. I. et III.
f. Sinus qui recipit olecranum ulnae, cubito extenso.
m. Ubi musculus *subscapularis* inseritur.
p. Unde musculi oriuntur a majore condylo.
s. Ubi inseritur musculus *teres major*.
w. Ubi *coracobrachialis*.
x. Unde brevis venter *tricipitis* oritur.
z. Unde *brachialis internus* primo initio.
γ. Canalis vasorum ad medullam penetrantium.

FIG. VII.

Humeri tuber superius a parte superiore delineatum.

a. g. h. i. l. m. n. Ut in Fig. I. III. V.

FIG. VIII.

Humeri tuber inferius a parte inferiore.

b. c. d. o. q. r. Ut in Fig. I. III. V. VI.

TABULA XXIII.

ULNA.

Ex Albini *Tab. oss. human.* et *Icon. oss. Foet.*

FIGURA I.

Ulna sinistra ab interiore parte.

a. Olecranum.
b. c. Sinus, hîc divisus in duos, quo committitur cum humero *d.* Tab. XXII. Fig. I. III. V.
d. Sinus, et
e. Capitulum, quibus cum radio conjungitur in *e.* Fig. III. VI. Tab. XXIV.
g. Spina.
h. Processsus styliformis.
i. Sinus, per quem excurrit tendo musculi *ulnaris externi*.
n. Ubi inseritur musculus *brachialis internus*.
o. Ubi oritur et sedet musculus *abductor longus* pollicis.
p. Ubi *extensor major* et *indicator*.
r. Unde oritur *profundus*.
s. Unde *pronator quadratus*.

FIG. II.

Ulna dextra foetus maturi, ab interiore parte.

a. Truncus osseus, medio solidior, extremis spongiosus.
b. c. d. e. Additamentum cartilagineum superius: *b.* Olecrani pars:

c. sinus sigmoideus, quo cum osse humeri committitur, cui superficies solidior ac laevissima: *d.* similis superficies inaequabilis, cui radii capitulum insidet.

e. f. Superficies inaequabilis, cui se *brachialis internus* inserit: *e.* pars ejus, quae in additamento: *f.* pars, quae in trunco osseo.

g. Spina, quae radium respicit.

h. Foramen, quo intrant vasa.

i. k. l. m. Additamentum cartilagineum inferius. *k.* Ambitus capituli inferioris, superficiei solidioris, et laevissimae, qui ingreditur radii sinum. *l.* Ima retusa capituli pars. *m.* Processus styloideus.

FIG. III.

Ulna Fig. I. ab exteriore latere.

a. h. Ut in Fig. I.

k. Ubi musculus *anconeus* inseritur.

l. m. Ubi affigitur *triceps*: *l.* ubi tendo: *m.* ubi portio carnea.

r. s. Ut in Fig. I.

FIG. IV.

Ulna foetus ab exteriore parte.

a. Truncus osseus, ut in Fig. II.

b. c. c. Additamentum cartilagineum superius.

d. e. - - - - - - - - - - - - - - - - inferius.

e. Processus styloideus.

FIG. V.

Ulna Fig. I. a parte priore.

a. b. c. d. e. g. h. i. Ut in Fig. I.
l. m. Ut in Fig. III.
n. Ubi inseritur musculus *brachialis internus*.
o. p. q. r. Ut in Fig. I.

FIG. VI.

Ulna foetus a priore parte.

a. Ut in Fig. II.
b. Spina, quae radium respicit.
c. d. e. f. Additamentum cartilagineum superius. *c.* Olecrani pars: *d.* sinus sigmoideus: *e.* sinus, quo ulna cum radii capite superiore commissa: *f.* pars, cui inseritur *brachialis internus*.
g. Superficies inaequabilis in osse, cui superficiei inseritur *brachialis* mododictus.
h. i. k. Additamentum cartilagineum inferius: *i.* processus styloideus: *k.* ambitus capituli inferioris, quo illud cum radio committitur, superficiei solidioris laevisque.

FIG. VII.

Ulna Fig. I. a parte posteriore.

a. b. c. e. g. h. Ut in Fig. I.
l. m. Ut in Fig. III.
n. r. s. Ut in Fig. I.

FIG. VIII.

Extremum ulnae superius in adulto homine.

a. Olecranum.
c. Sinus sigmoideus, qui respondet *b. c.* Fig. I.
d. Sinus, quo ulna cum radio committitur.
l. m. Ubi inseritur musculus *triceps:* ut in Fig. III.

FIG. IX.

Extremum ipsius ulnae inferius.

e. Capitulum, quo alligatur radio, ut in Fig. I. V. VII.
f. Quâ cum cartilagine committitur ulnae interjecta et carpo.
h. Processus styliformis ut in Fig. I. III. V. VII.

FIG. X.

Ulnae, cujus sunt Icones II. IV. VI. additamentum cartilagineum inferius, ab inferiore parte.

a. Processus styliformis.
b. Imae partis portio sinuata et inaequabilis.
c. Ejusdem imae partis portio laevis, ac superficiei solidioris.

TABULA XXIV.

RADIUS.

Ex iisdem Operibus ALBINI.

FIGURA I.

Radius sinister hominis adulti ab interiore parte.

a. Quâ committitur cum ulna *d.* Fig. I. Tab. XXIII.
d. Margo capituli superioris, quo cum humero *b. c.* Tab. XXII. Fig. I. VIII.
f. Sinus, quo cum osse naviculari *a.* Tab. XXV. Fig. I.
g. Sinus, quo cum osse lunato *e.* Tab. XXV. Fig. II.
h. Sulcus, cui insidet tendo musculi *abductoris longi* pollicis, et *extensoris minoris*.
n. Spina.
p. Ubi inseritur musculus *pronator quadratus*.
q. Ubi *supinator brevis*.
s. Ubi inseritur *biceps brachii*, cujus tendo, manu prona, parti *t.* applicatur.
u. Locus *flexoris longi* pollicis.

FIG. II.

Foetus maturi radius dexter ab interna parte.

a. Truncus osseus, qui juxta additamenta spongiosus, caeterum majorem partem solidior.
b. Tuberculum, cui *biceps brachii* se inserit.

c. d. e. Additamentum cartilagineum superius: *d.* ambitus capitis superioris, solidior, laevissimusque, quo hoc caput insidet ulnae sinui: *e.* vertex sinuatus, similisque superficiei atque ambitus, quo hoc caput commissum cum osse humeri.

f. g. h. i. Additamentum cartilagineum inferius: *g.* sinus solidior, laevissimusque, qui recipit capitulum inferius ulnae. *h. i.* Sinus, quo cum carpo radius commissus: *h.* pars ejus, quae recipit os lunatum carpi: *i.* pars, quae naviculare.

FIG. III.

Radii Fig. I. delineati facies exterior.

b. Quâ radius committitur cum ligamento articulum continente.

e. Sinus, quo cum ulna *e.* Tab. XXIII. Fig. I. V. VII.

i. Sulcus, cui insidet tendo *extensoris majoris* pollicis.

k. - - - , cui tendines *extensoris communis* digitorum, auricularis, *indicatoris*.

l. m. Sulci, per quos excurrunt tendines *radialium externorum*.

n. Spina.

o. Ubi inseritur *pronator teres*.

p. Ubi *pronator quadratus*.

q. Ubi *supinator brevis*.

s. Ubi *biceps brachii*.

v. Locus *abductoris longi* pollicis.

FIG. IV.

Radius foetus a parte exteriore.

a. b. Ut in Fig. II.

c. d. Additamentum cartilagineum superius: *c.* pars cervicis: *d.* capitulum, rotundi laevisque ambitus.

e. f. g. h. i. k. Additamentum cartilagineum inferius. *e.* Sinus, per quem delabuntur tendines *extensoris* digitorum manus, et minimi: *f.* sinus, per quem excurrunt *radialium externorum* tendines: *g.* sinus, per quem delabuntur tendines *abductoris longi* pollicis, et *extensoris minoris: h. i. k.* eminentiae, quibus sinus illi interstinguuntur.

Fig. 6. Calcaneus sinister foetus maturi a parte inferiore.

a. Ossea pars.

b. c. d. e. Pars cartilaginea: *b.* tuber, calcem efficiens: *c.* sustentaculum cervicis tali: *d.* eminentia inaequabilis, unde ligamentum oritur, quod per plantam procurrens, ossa pedis inter se colligat: *e.* superficies cum qua cubiforme committitur, solidior, laevissima.

Fig. 8. Idem calcaneus a parte superiore.

a. Pars ossea.

b. c. d. e. f. g. Pars cartilaginea.

b. Tuber, quod calcem efficit.

c. Tuber, quod corpus tali sustinet. Ejus superficies solidior est, et laevissima.

d. Sustentaculum cervicis tali, in eoque solidioris laevissimaeque superficiei sinus, cum quo cervix illa committitur.

e. Sinus similis, qui recipit et sustinet caput tali.

f. Pars sinuata et inaequabilis, cui ligamenta inhaerent, quibus calcaneo talus alligatur.

g. Superficies solidior, laevissima, cum qua committitur cubiforme.

FIG. IX = XV.

Talus sinister adulti hominis et foetus vario adspectu.

Fig. 9. Talus adulti a parte priore.

10. - - - - - - - *exteriore.*

11. - - - - - - - *interiore.*

12. - - - - - - - *inferiore.*

14. - - - - - - - *superiore.*

l. Quâ committitur cum tibia *c.* Tab. XXXIV. Fig. I.

m. Quâ cum malleolo externo *b.* Tab. XXXVI. Fig. I.

n. Quâ cum naviculari *s.* Fig. XVIII. XXII.

o. Quâ cum ligamento quod annectit naviculare cum calcaneo.

p. q. Quibus cum calcaneo *a. b.* Fig. II. III. VII.

r. Sinus, cui tendo insidet *flexoris longi* pollicis.

Fig. 13. Talus foetus maturi a parte inferiore.

a. Pars ossea, pertinens ad sinum, qui inter corpus, caputque tali medius, et ad cervicem tali.

b. c. d. e. f. g. h. i. k. Pars cartilaginea, in qua etiam tali ab hac parte praecipua.

b. Solidioris laevissimaeque superficiei sinus, in imo corporis tali: qui sinus recipit tuber, quod in superiore calcanei parte.

c. Sinus, per quem tendo *flexoris longi* pollicis delabitur.

d. Pars sinus, qui inter corpus et caput tali medius.

e. Pars cervicis.

f. Pars inaequabilis lateris interni, quae est infra superficiem, cum qua malleolus internus commissus.

g. h. i. k. Caput tali, superficiem habens solidam laevissimamque.

g. Pars ejus quae committitur cum sinu, qui est in sustentaculo tali, quod efficit calcaneus.

h. Pars, quae cum sinu altero calcanei *e.* Fig. VIII.

i. Pars, quae cum ligamento illo committitur, quod a calcaneo ad naviculare deductum, medio inter haec loco caput tali sustinet.

k. Pars quae cum naviculari conjungitur.

Fig. 15. Idem talus a parte superiore.

a. Pars ossea, quae est instar nuclei, cartilagini inahaerentis, e qua talus majorem partem constat.

b. c. d. e. f. g. Pars cartilaginea, in qua praecipuae sunt tali partes.

b. Sinus, per quem delabitur tendo *flexoris longi* pollicis pedis.

c. Superficies cartilaginis solidioris laevissimaeque, cum qua committitur malleolus externus.

d. Tuber, cui crus insistit. Solidior ei, laevissimaque superficies.

e. Illius tuberis latus, cum quo malleolus internus committitur. Ei pariter superficies solidior et laevissima.
f. Cervicis pars.
g. Caput tali, in superficie solidius, laevissimum.

FIG. XVI. = XXIII.

Os naviculare sinistrum adulti hominis et foetus, vario adspectu.

Fig. 16. Adulti os naviculare ab exteriore.
17. - - - - - - - - *interiore.*
18. - - - - - - - - *inferiore.*
19. - - - - - - - - *superiore.*
20. - - - - - - - - *priore.*
22. - - - - - - - - *posteriore.*

s. Quâ committitur cum talo *n.* Fig. IX. X. etc.
t. Quâ cum cuneiformi majore *y.* Fig. XXVI.
u. - - - - - - - - minore *s.* Fig. XXXII.
v. - - - - - - - - medio *t.* Fig. XXXIX. XLII.
w. - - - cubiformi *π.* Fig. XLVII. et L.
x. Ubi *tibialis posticus* inseritur.

Fig. 21. Sinistrum os naviculare foetus maturi, a parte priore.

Totum cartilagineum est.
a. b. c. Tres superficies solidiores ac laevissimae, quibus assident cuneiformia: videlicet superficici *a.* respondet cuneiforme primum, maximum; *b.* secundum, minimum; *c.* tertium.
d. Pars inferior, inaequabilis.
e. Tuber, cui se inserit tendo *tibialis postici.*

Fig. 23. Idem os naviculare, in priora inclinatum, ut appareat pars ejus posterior.

a. Sinus, cui superficies solida laevissima; quique recipit tali caput.

b. Pars superior, quae ad dorsum pedis pertinet.
c. Tuber, cui inseritur tendo *tibialis postici*.

FIG. XXIV.=XXX.

Os cuneiforme majus adulti hominis et foetus diversimode spectatum.

Fig. 24. Adulti cuneiforme majus a parte inferiore.
25. - - - - - - - - - - - *priore.*
26. - - - - - - - - - - - *posteriore.*
27. - - - - - - - - - - - *exteriore.*
29. - - - - - - - - - - - *interiore.*

y. Facies, qua committitur cum naviculari *t.* Fig. XX.
z. Quâ cum cuneiformi minore ζ. Fig. XXXI. XXXV.
α. Quâ cum osse metatarsi primo *c.* Tab. XXXVIII. Fig. I. Num. 1. 3. 5. 7.
β. Quâ cum secundo ossе metatarsi *l.* Tab. XXXVIII. Fig. II. Num. 2. et 3.
γ. Ubi *tibialis posticus* inseritur.
δ. Ubi *tibialis anticus*.

Fig. 28. Foetus cuneiforme primum a parte exteriore, qua videlicet obversum secundo.

Nil nisi cartilago est.
a. Sinus, cui superficies solida, laevissima; quo hoc cuneiforme committitur cum naviculari.
b. Superficies similiter solida et laevissima, qua committitur cum cuneiformi secundo.
c. Similis superficies, cum qua committitur os metatarsi secundum.
d. Reliquum hujus partis, quod inaequabile.

Fig. 30. Foetus idem cuneiforme ab ea parte expressum, qua spectat pedem alterum, idest interiore.

a. Pars pedem alterum spectans, inaequabilis.
b. Superficies solidior ac laevis, cum qua commissum os metatarsi primum.

FIG. XXXI. = XXXVII.

Cuneiforme minus ex adulto et foetu, vario adspectu.

Fig. 31. Cuneiformis minoris ex adulto facies prior.
32. - - - - - - - - - - - - - posterior.
33. - - - - - - - - - - - - - exterior.
35. - - - - - - - - - - - - - interior.
37. - - - - - - - - - - - - - superior.

ε. Facies, qua committitur cum naviculari *u.* Fig. XX.
ζ. Quâ cum cuneiformi majore *z.* Fig. XXVII.
η. Quâ cum medio *x.* Fig. XXXVIII. et XLII.
θ. Quâ cum osse metatarsi secundo *k.* Tab. XXXVIII. Fig. II. Num. 2. 3. et 7.

Fig. 34. Cuneiforme secundum et sinistrum foetus maturi a parte exteriore, qua spectat tertium.

Totum cartilagineum est.
a. Solida laevissimaque superficies posterior, qua assidet naviculari.
b. Pars superior, qua ad pedis dorsum pertinet.
c. Superficies solida, laevissima, qua cum cuneiformi tertio commissum.
d. Reliquum illius lateris, quod inaequabile.

Fig. 36. Idem os, ea parte exhibitum, qua spectat primum.

a. b. Latus, quo respicit cuneiforme primum: *a.* superficies solida et laevissima, qua commissum cum primo; *b.* pars inaequabilis.
c. Pars superior, ad pedis dorsum pertinens.
d. Superficies solida ac laevissima, cum qua os metatarsi secundum commissum.

FIG. XXXVIII.= XLIV.

Cuneiforme medium adulti hominis et foetus.

Fig. 38. Cuneiforme medium adulti a parte priore.
39. - - - - - - - - - - - - *posteriore.*
40. - - - - - - - - - - - - *exteriore.*
42. - - - - - - - - - - - - *interiore.*
44. - - - - - - - - - - - - *superiore.*

ι. Quâ respondet naviculari *e.* Fig. XX.
ϰ. Quâ cuneiformi minori *η.* Fig. XXXIII.
λ. Quâ cum cubiformi *o.* Fig. XLV. et XLVII.
μ. Quâ cum osse metatarsi secundo *m.* Tab. XXXVIII. Fig. II. Num. 2. 5. 7.
ν. Quâ cum tertio osse metatarsi *s.* Tab. XXXVIII. Fig. III. Num. 1. 2. 3. 7.

Fig. 41. Idem os cuneiforme foetus maturi a parte exteriore.

a. Superior pars, pertinens ad dorsum pedis.
b. Superficies solida et laevis, qua commissum cum cubiformi.
c. Inaequabilis hujus lateris pars.
d. Superficies prior, solida laevisque, qua sustinet os metatarsi tertium.

Fig. 43. Idem os ab ea parte, qua spectat secundum.

a. Posterior superficies, solida, laevissimaque qua naviculari assidet.

b. Pars superior ad dorsum pedis pertinens.

c. d. e. Latus, quo spectat cuneiforme tertium. In eo *c.* superficies solida et laevis, qua cum tertio illo commissum; *d.* pars inaequabilis; *e* superficies solidior et laevissima, cui assidet os metatarsi secundum.

FIG. XLV. = LI.

Os Cubiforme, seu Cuboideum ex homine adulto, et foetu.

Fig. 45. Adulti hominis cubiforme a facie priore.
46. - - - - - - - - - - - - *exteriore.*
47. - - - - - - - - - - - - *interiore.*
48. - - - - - - - - - - - - *inferiore.*
50. - - - - - - - - - - - - *superiore.*

ξ. Quâ connectitur cum calcaneo *c.* Fig. II.

o. Quâ cum cuneiformi medio λ. Fig. XL.

π. Quâ cum naviculari *w.* Fig. XVI. XVIII.

ρ. Qua cum talo *o.* Fig. XII.

σ. - - - - osse metatarsi quarto *y.* Tab. XXXVIII. Fig. IV. Num. 1. 2. 3. 7.

τ. - - - - osse metatarsi quinto ε. Tab. XXXVIII. Fig. V. Num. 1. 2. 3. 6.

v. Unde ligamentum connectens cum calcaneo *h.* Fig. V.

φ. Quâ sustinet tendinem *peronei longi*.

Fig. 49. Os cubiforme sinistrum foetus maturi, a parte inferiore.

Totum cartilagineum.

a. Superficies solida, laevissima, qua cum calcaneo committitur.

b. Tuber inaequabile, cui inseritur ligamentum a calcaneo veniens: cujusque tuberis pars prior sustinet tendinem *peronei longi*.

c. d. Reliqua inferior, eaque sinuata et inaequabilis superficies.

Fig. 51. Idem cubiforme a parte superiore.

a. Superficies solida ac laevis, quae cum calcaneo commissa.

b. b. Latus inaequabile quo respicit cuneiforme tertium. In eo.

c. Superficies laevissima solidaque, cum qua cuneiforme tertium commissum.

d. Pars quae pertinet ad dorsum pedis.

e. Superficies solida et laevissima, cum qua commissum quintum os metatarsi.

f. Similis, cum qua quartum.

TABULA XXXVIII.

OSSA METATARSI.

Ex iisdem Operibus ALBINI.

FIGURA I.

Metatarsi sinistri os primum.

Num. 1. Ejus facies superior in adulto.
2. - - - inferior.
3. - - - interior.
5. - - - exterior.
7. - - - posterior.
8. - - - prior.

a. Superficies qua committitur cum pollice *a.* T. XXXIX. Fig. I. Num. 1. 6. 7.
b. Quâ cum sesamoideis ossibus *a.* Tab. XXXIX. Fig. VI. Num. 2. 6.
c. - - cum cuneiformi majore *a.* T. XXXVII. Fig. XXIV. XXV. XXIX.
d. Unde ligamentum laterale connectens cum pollice.
e. Locus *flexoris brevis* pollicis.
f. Ubi *peroneus longus* inseritur.
g. Ubi *tibialis anticus*.

Num. 4. Idem os sinistrum foetus maturi a parte interiori, qua scilicet spectat alterum pedem.

a. Pars ossea, media solidior, extremis porosa.

b. c. Additamentum cartilagineum posterius: *c.* sinus solidior ac laevis, quo commissum cum cuneiformi primo.

d. e. f. g. Additamentum cartilagineum prius: *e. f. g.* caput prius, superficiei solidae laevisque: *e.* sinus cum quo commissum os sesamoideum unum: *f.* similis, cum quo alterum: *g.* pars, quae articulatur cum osse primi ordinis.

Num. 6. Idem os, ab eo latere, quo spectat secundum.

a. Pars ossea, media solidior, extremis spongiosa.

b. c. d. Additamentum cartilagineum posterius: *c.* sinus solidior laevissimusque, qui commissus cum cuneiformi primo: *d.* plaga, cui inseritur tendo *peronei longi*.

e. f. g. Additamentum cartilagineum prius: *f. g.* caput superficiei solidae et laevis, cum quo commissum os pollicis primi ordinis, una cum sesamoideis. *f.* Pars quae respondet ossi pollicis ipsius: *g.* pars, quae sesamoideo.

FIG. II.

Ejusdem metatarsi os secundum.

Num. 1. Metatarsi sinistri hominis adulti os secundum a parte superiore.

2. - - - - *inferiore.*

3. - - - - *interiore.*

5. - - - - *exteriore.*

7. - - - - *posteriore.*

8. - - - - *priore.*

h. Extremum, quo committitur cum digito *l.* Tab. XXXIX. Fig. III. Num. 4. et 10.

i. Quâ cum ligamento cartilaginoso articulum continente.

k. Quâ cum cuneiformi minore *θ*. T. XXXVII. Fig. XXXI.

l. Quâ cum majore *β*. Tab. XXXVII. Fig. XXVII.

m. Quâ cum medio *μ*. Ibid. Fig. XXXVIII. et XLII.

n. Quâ cum metatarsi tertio *t.* Fig. III. Num. 1. et 3.
o. Unde ligamentum laterale connectens cum digito.
p. Locus musculi *interossei* secundi digiti secundi.
q. Unde ejus caput tenuius.
r. Unde primus secundi.

Num. 4. Os secundum metatarsi sinistri foetus maturi a parte interiore, qua spectat primum.

a. Pars ossea.
b. c. d. e. Additamentum cartilagineum posterius: *b.* superficies solidior, laevissima, qua commissum cum cuneiformi secundo: *c.* similis superficies, qua cum primo: *d.* inaequabilis lateris pars: *e.* pars superior, qua ad dorsum pedis pertinet.
f. g. Additamentum cartilagineum prius, caput efficiens: *f.* lateralis inaequabilis capitis pars: *g.* pars ejusdem laevissima et superficiei solidioris, qua commissum cum osse primi ordinis.

Num. 6. Idem os ab opposita parte, scilicet exteriore.

a. Pars ossea.
b. c. d. e. f. Additamentum cartilagineum posterius: *b. c.* superficies solidiores et laevissimae, quibus os assidet cuneiformi tertio: *d. e.* similes superficies, quibus assidet ossi metatarsi tertio: *f.* reliquum hujus lateris, quod inaequabile.
g. h. Additamentum cartilagineum prius, efficiens caput prius: *g.* pars inaequabilis: *h.* pars laevissimae solidaeque superficiei, articulo primi ordinis ossis parata.

FIG. III.

Metatarsi sinistri os tertium ex adulto et foetu.

Num. 1. Adulti os a parte superiore.
2. - - - - - - inferiore.
3. - - - - - - interiore.
5. - - - - - - exteriore.
7. - - - - - - posteriore.
8. - - - - - - priore.

h. i. o. Ut in Fig. II.

s. Quâ committitur cum cuneiformi medio *v.* T. XXXVII. Fig. XXXVIII. et XL.

t. Quâ cum metatarsi secundo *n.* Fig. II. Num. 2. et 5.

u. Quâ cum quarto metatarsi *z.* Fig. IV. Num. 3.

v. Locus musculi *interossei* primi digiti tertii.

w. Unde *interosseus* secundus tertii, capite tenuiore.

x. Unde secundus secundi, capite crassiore.

Num. 4. Foetus maturi os metatarsi sinistrum tertium, ab ea parte, qua respicit secundum.

a. Pars ossea, quae media solidior, extremis spongiosa.

b. c. d. e. Additamentum cartilagineum posterius: *b.* pars ad pedis dorsum pertinens: *c.* solidior laevissima superficies, qua cum cuneiformi tertio commissum: *d.* similis superficies, qua assidet ossi metatarsi secundo: *e.* reliqua pars hujus lateris, eaque inaequabilis.

f. g. Additamentum cartilagineum prius, e quo constat caput prius: *f.* capitis illius latus inaequabile: *g.* pars, quae committitur cum osse primi ordinis, quaeque superficiem habet solidam et laevissimam.

Num. 6. Ejusdem metatarsi tertii pars opposita.

a. Pars ossea, medio solidior, extremis spongiosa.

b. c. d. Additamentum cartilagineum posterius: *b.* superficies solida, laevis, commissa cum cuneiformi tertio: *c.* similis superficies, qua assidet ossi metatarsi quarto: *d.* pars reliqua, quae inaequabilis.

e. f. Additamentum cartilagineum prius, quod est caput prius: *e.* latus ejus inaequabile: *f.* pars, qua cum osse primi ordinis committitur, eaque in superficie solidior ac laevissima.

FIG. IV.

Ejusdem metatarsi os quartum.

Num. 1. Os quartum sinistri metatarsi ex adulto a facie superiore.
2. - - - - - inferiore.
3. - - - - - interiore.
5. - - - - - exteriore.
7. - - - - - posteriore.
8. - - - - - priore.

h. i. o. Ut in Fig. II.

y. Quâ committitur cum cubiformi *σ.* Tab. XXXVII. Fig. XLV.

z. - - - - - - - cum metatarsi tertio *u.* Fig. III. Num. 2. et 5.

α. - - - - - - - cum quinto *ζ.* Fig. V. Num. 1. et 3.

β. Locus *interossei* primi digiti quarti.

γ. Unde oritur musculus *interosseus* secundus quarti, capite tenuiore.

δ. Unde secundus tertii, capite crassiore.

Num. 4. Foetus maturi os quartum metatarsi sinistri, ab ea parte, qua obversum tertio.

a. Pars ossea.

b. c. d. e. Additamentum cartilagineum posterius: *b.* pars superior, ad pedis dorsum pertinens: *c.* superficies solida et laevis, qua commissum cum cubiformi: *d.* similis superficies qua cum osse metatarsi tertio: *e.* inaequabilis hujus capitis pars ab hoc latere.

f. g. Additamentum cartilagineum prius, caput prius efficiens: *f.* pars ejus inaequabilis: *g.* pars, qua committitur cum osse primi ordinis, solida laevisque in superficie.

Num. 6. Idem os ab ea parte, qua respicit quintum.

a. Pars ossea, extremis spongiosa.

b. c. d. Additamentum cartilagineum posterius: *b.* pars inaequabilis: *c.* superficies solida laevissimaque, qua commissum cum quinto metatarsi: *d.* similis superficies, qua cum cubiformi.

e. f. Caput prius, quod est additamentum cartilagineum: *e.* ejus inaequabilis pars: *f.* ejusdem pars laevis et solida, cum qua commissum os primi ordinis.

FIG. V.

Metatarsi sinistri os quintum.

Num. 1. Ejus facies superior.
2. - - - inferior.
3. - - - interior.
5. - - - exterior.
6. - - - posterior.
7. - - - prior.

h. i. o. Ut in Fig. II.

ε. Quâ committitur cum cubiformi *τ*. Tab. XXXVII. Fig. XLV.

ζ. Quâ cum metatarsi quarto *α*. Fig. IV. Num. 2. et 5.

η. Locus musculi *interossei* digiti quinti.

θ. Unde secundus *interosseus* quarti, capite crassiore.

ι. Tuber, cui *peroneus brevis* inseritur.

Num. 4. Maturi foetus os quintum metatarsi sinistri, ab ea parte, qua quartum spectat.

a. Pars ossea, cui extrema spongiosa, medium solidius.

b. c. d. e. Additamentum cartilagineum posterius: *b.* pars superior, quae dorsi pedis partem efficit: *c.* superficies solida et laevissima, qua cum cubiformi committitur: *d.* similis superficies, qua cum quarto osse metatarsi: *e.* pars inaequabilis hujus primi capitis.

f. g. Additamentum cartilagineum prius, quod est caput prius: *f.* latus inaequabile: *g.* pars, cum qua committitur primi ordinis os; eaque superficiem habet solidiorem et laevissimam.

TABULA XXXIX.

OSSA DIGITORUM PEDIS.

Ex iisdem Operibus ALBINI.

FIGURA I.

Os pollicis sinistri primum ex adulto et foetu.

Num. 1. Os pollicis adulti primum a parte superiore.
3. - - - - - - - - - - - - *inferiore.*
5. - - - - - - - - - - - - *interiore.*
6. - - - - - - - - - - - - *exteriore.*
7. - - - - - - - - - - - - *posteriore.*
8. - - - - - - - - - - - - *priore.*

a. Quâ committitur cum metatarso *a.* Tab. XXXVIII. Fig. I. Num. 1. 2. 8.

b. Quâ cum osse ultimo *g.* Fig. II. Num. 1. 7.

c. d. Ubi inseruntur ligamenta connectentia cum metatarso et sesamoideis. *c.* Ubi praeterea *adductor pollicis* cum *transversali*. *d.* Ubi *abductor*.

e. Ubi ligamentum laterale connectens cum osse ultimo.

f. Ubi *extensor brevis* digitorum.

Num. 2. Foetus maturi os primum pollicis sinistri a parte superiore.

a. Pars ossea.

b. c. Additamentum cartilagineum posterius. *c.* Sinus laevissimus et in superficie solidior, qui committitur cum metatarsi osse.

d. d. e. Additamentum cartilagineum prius: *d. d.* latera inaequabilia: *e.* superficies solida et laevis, cum qua committitur os ultimum.

Num. 4. Idem os a parte inferiore.

a. Pars ossea, quae inprimis juxta additamentum cartilagineum prius spongiosa.
b. Additamentum cartilagineum posterius.
c. d. Additamentum cartilagineum prius: *c.* solida laevissimaque superficies, cum qua committitur os ultimum: *d.* latus inaequabile.

FIG. II.

Os ultimum pollicis pedis sinistri ex adulto et foetu.

Num. 1. A parte superiore ex adulto.
3. - - *inferiore.*
5. - - *interiore.*
6. - - *exteriore.*
7. - - *posteriore.*

g. Quâ committitur cum osse primo *b.* Fig. I.
h. Ubi inseritur ligamentum laterale connectens cum osse primo.
i. Ubi *extensor* pollicis.
k. Ubi *flexor longus*.

Num. 2. Foetus maturi pollicis pedis sinistri os ultimum a parte superiore.

a. Additamentum cartilagineum, quod habet a parte posteriore.
b. Ossea pars, quae juxta additamentum eleganter spongiosa, caeterum solidior.
c. Ejus inaequabilis extremitas.

Num. 4. Idem os a parte inferiore.

a. b. Additamentum cartilagineum, quod habet a parte posteriore: *b.* superficies solidior, laevissima, qua committitur cum osse primo.

c. Pars ossea, juxta additamentum spongiosior.

d. Ejus tuberculum extremum inaequabile.

FIG. III.

Digitorum reliquorum pedis ossa prima.

Num. 1. Facies superior ossis primi digiti minimi.
2. - - - - - - - - - - - - - *quarti.*
3. - - - - - - - - - - - - - *tertii.*
4. - - - - - - - - - - - - - *secundi.*

l. Quâ unumquodque os committitur cum metatarso suo *h.* Tab. XXXVIII. Fig. II.

m. Quâ cum osse secundo *q.* Fig. IV.

Num. 6. Os primum secundi digiti a parte inferiore.
8. - - - - - - - - - - - - - *interiore.*
9. - - - - - - - - - - - - - *exteriore.*
10. - - - - - - - - - - - - - *posteriore.*
11. - - - - - - - - - - - - - *priore.*

l. m. Ut in Num. 1. 2. 3. 4.

n. n. Ubi inseritur vagina flexorum.

o. p. - - - - - ligamentum laterale connectens cum osse proximo: *p.* ubi praeterea *interosseus*, in digito minimo *flexor proprius* et *abductor.*

Num. 5. Foetus maturi os primi ordinis digiti secundi pedis sinistri, a parte superiore.

a. Pars ossea, media solidior, juxta additamenta spongiosa.

b. c. Additamentum cartilagineum posterius: *c.* sinus laevis et superficiei solidioris, qui committitur cum osse metatarsi.

d. e. e. Additamentum cartilagineum prius: superficies solida laevissimaque, cum qua committitur os secundi ordinis: *e. e.* latera inaequabilia.

Num. 7. Idem os a parte inferiore.

a. Pars ossea juxta additamenta aliquantum spongiosa.

b. Additamentum cartilagineum posterius.

c. d. Additamentum cartilagineum prius: *c.* superficies solidior ac laevissima, cum qua committitur os secundi ordinis.

FIG. IV.

Reliquorum digitorum pedis ossa secunda.

Num. 1. Facies superior ossis secundi digiti minimi.
2. - - - - - - - - - - - - *quarti.*
3. - - - - - - - - - - - - *tertii.*
4. - - - - - - - - - - - - *secundi.*

q. Quâ unumquodque os committitur cum primo *m.* Fig. III. Num. 4.

r. Quâ cum tertio *w.* Fig. V. Num. 7.

v. Ubi inseritur tendo musculorum extensorum.

Num. 6. Os secundum digiti secundi a parte inferiore.
8. - - - - - - - - - - - - *interiore.*
9. - - - - - - - - - - - - *exteriore.*
10. - - - - - - - - - - - - *posteriore.*
11. - - - - - - - - - - - - *priore.*

q. r. Ut in Num. 4.

s. Ubi inseritur *flexor brevis* digitorum.

t. Ubi vagina *longi*.
u. Ubi ligamentum laterale connectens cum osse proximo.
v. Ubi tendo musculorum extensorum.

Num. 5. Maturi foetus os secundi ordinis digiti secundi pedis sinistri a parte superiore.

a. Ossea pars.
b. c. Additamentum cartilagineum posterius: *c.* superficies solidior, laevissima, quae committitur cum osse primi ordinis.
d. e. Additamentum cartilagineum prius: *d.* latus inaequabile: *e.* superficies solidior, laevissima, qua committitur cum osse tertii ordinis.

Num. 7. Idem os secundi ordinis digiti secundi a parte inferiore.

a. Pars ossea.
b. Additamentum cartilagineum posterius.
c. Simile additamentum prius, quod ab hac parte in superficie solidius laevissimumque eaque committitur cum osse tertii ordinis.

FIG. V.

Digitorum pedis ossa tertia.

Num. 1. Facies superior tertii ossis digiti minimi.
2. - - - - - - - - - - - *quarti.*
3. - - - - - - - - - - - *tertii.*
4. - - - - - - - - - - - *secundi.*

y. Ubi inseritur tendo extensorum.

Num. 6. Os tertium digiti secundi a facie inferiore.
7. - - - - - - - - - - - - *interiore.*
8. - - - - - - - - - - - - *exteriore.*
9. - - - - - - - - - - - - *posteriore.*

w. Quâ committitur cum osse secundo *r.* Fig. IV.
x. Ubi inseritur ligamentum laterale connectens hoc os cum secundo.
y. Ubi tendo extensorum.
z. Ubi *flexor longus.*

Num. 5. Maturi foetus os tertii ordinis digiti secundi pedis sinistri a parte superiore.

a. Cartilago, e qua majorem partem constat.
b. Extremum osseum, quo desinit.

FIG. VI.

Ossa sesamoidea.

Num. 1. Os sesamoideum pollicis a facie inferiore.
2. - - - - - - - - - - - - *superiore.*
4. 5. - - - - - - - - - - - - *laterali.*
6. Sesamoideum alterum a parte superiore.

a. Quâ committitur cum metatarso *b.* Tab. XXXVIII. Fig. I.

Num. 3. Unum ex sesamoideis pedis sinistri foetus maturi, a parte superiore expressum.

Totum cartilagineum.
a. b. c. Superficies solidior, laevissima, qua admotum ad os metatarsi pollicis. Eaque *a. b.* utrumque latus sinuata: *c.* media eminens.

TABULA XL.

OSSIUM PEDIS DEXTRI SYNTAXIS VARIO ADSPECTU.

FIGURA I.

Pedis dextri interior facies.

FIG. II.

Ejusdem facies exterior.

FIG. III.

Idem pes a priore expressus.

FIG. IV.

Idem a superiore.

FIG. V.

Talus cum calcaneo a posteriore.

Notae seu litterae iisdem ossibus in figuris omnibus respondent.

a. Talus.
b. Calcaneus.
c. Os naviculare.
d. Os cuneiforme majus.
e. - - - - - - - - minus.
f. - - - - - - - - medium.
g. Os cubiforme seu cuboideum.
h. Ossa metatarsi.
i. Ossa digitorum prima.
k. - - - - - - - - secunda.
l. - - - - - - - - tertia.
m. Os sesamoideum.

LIGAMENTA.

TABULA XLI.

Ex Floriani Caldani *Tab. Ligament. corp. hum.*

Anteriorem capitis, colli et thoracis superficiem exhibet, ligamentis omnibus in propria sede rite praeparatis, quae in hac ipsa superficie occurrunt.

In Capite et Collo.

A. Os frontis.

B. B. Arcus superciliaris, sive margo superior orbitae.

C. Os nasale sinistrum.

D. Os lacrymale.

E. Ossis ethmoidei pars plana.

F. Os maxillare sinistrum.

G. Apophysis nasalis ossis ipsius maxillaris.

a. Ejus *spina* a processu nasali ossis maxillaris inferius producta.

H. Os jugale sinistrum.

I. Processus zygomaticus ossis temporis.

K. Meatus auditorius.

L. Processus mastoideus ossis temporis.

M. Os occipitis.

N. N. Maxillae inferioris latus sinistrum.

O. Ipsius angulus.

P. - - - processus coronoïdeus.

Q. - - - condylus.

R. S. T. U. X. Y. Z. Processus transversi vertebrarum colli: *R.* Atlantis: *S.* vertebrae secundae: *T.* tertiae: *U. U.* quartae: *X. X.* quintae: *Y. Y.* sextae: *Z. Z.* septimae.

b. b. b. b. b. b. Corpora earundem vertebrarum colli.

c.c.c.c.c. Cartilagines corporibus ipsis interpositae sive *ligamenta cartilaginea*.

d.d.d.d.d. Membrana aponeurotica ossi jugali, et apophysi zygomaticae ossis temporis inserta, adscendens, et musculum contegens *temporalem*.

e. Trochlea cartilaginea, per quam trajicitur tendo musculi *obliqui superioris* seu *trochlearis*. Posterius truncata, intus cava et laevis est (1).

f. Proprium trochleae ligamentum, quod trochleam ipsam orbitae margini suspendit.

g. Nasi cartilago superior sinistra triangularis, ossi nasali et proximo maxillari adhaerens (2).

h. Crista seu apex cartilaginis superioris, quem amplectuntur cartilagines *i. i.*

i. i. k. l. l. m. Cartilagines inferiores gnomonem referentes; in quibus *i. i.* crus est superius, ovalis figurae, superficiei nonnihil concavae, quandoque planae, quod alam nasi proprie efficit. *k.* Sulcus cartilagines dirimens adiposa membrana repletus. *l. l.* Crura inferiora utriusque cartilaginis plana lamella formata, et obtuso extremo terminata. Crura istiusmodi septum narium cartilagineum utrinque comprehendunt. *m.* Ubi crus superius convenit cum inferiori, ut nasi globulum constituant (3).

n. Clavicula cartilaginea sinistra, oblonga, quae alam nasi complet.

o. Nucleus alter cartilagineus et minor, qui interdum deest.

(1) Trochleam hanc ex tenui cartilagine fere quadrangulari *Zinnius* constare vidit (*Descriptio Anat. ocul. hum.* Cap. VIII. §. X.) transversim excavata et semicanalem referente, quem ligamenta complent, ut inde canalis perficiatur. *Winslowius* rem alia ratione descripsit, alia autem *Hallerus*. Nos trochleae figuram et sedem tantum indicavimus: repetitis enim observationibus affirmare posse non dubitamus, difficillimum esse de vera particulae hujus structura dijudicare, cum varia sit in variis cadaveribus.

(2) Cartilaginem hanc seorsim delineavit *Ruyschius* (*Epist.* VIII. *Fig.* 4. A.)

(3) *Winslowius* cartilaginem istiusmodi *lateralem* vocat, binis portionibus conflatam: superiorem videlicet, quam nos superius crus appellavimus, et posteriorem. Male eam pinxit *Ruyschius* loc. cit.

p. Septum narium cartilagineum, quod a spina quadam exsurgit prominente et sulcata, quam ossa maxillaria intra principem narium caveam efficiunt, tum et a vomere. Vide Tab. XLIII. Fig. I.

q. Membrana articularis ligamentosa, articulationem complectens maxillae inferioris cum osse temporum. Oritur a limbo inferiori apophysis jugalis ossis temporum tum et a pariete anteriori meatus auditorii, et in cervicem inseritur processus condyloidei maxillae ipsius inferioris.

r. Ligamentum alterum maxillae, anterius, obliquum, elegans, validum, a membrana articulari separatum, et a nemine, quod sciam, hactenus delineatum, etsi numquam in cadaveribus desideretur.

s. s. s. *Fascia longitudinalis vertebrarum anterior*, quae ab anteriori atlantis tuberculo nata descendit inferius et vertebrarum corporibus ita alligatur, ut interiores lacerti etsi continuum ligamentum a summo ad imum constituere videantur, ab una tamen ad alteram vertebram tantum progrediuntur.

t. Ligamentum articuli processuum obliquorum primae et secundae colli vertebrae.

In thorace et costis.

u. Prima dorsi vertebra, quam superscandit fascia longitudinalis anterior vertebrarum.

x. Secunda dorsi vertebra.

y. y. Costa prima.

z. Tuberculum costae.

Γ. Γ. Costa secunda.

Δ. Δ. Δ. Δ. Δ. Δ. Δ. Δ. Reliquae costae ex ordine, videlicet tertia, quarta, quinta, sexta, septima, octava, nona, decima.

Ξ. Costae duodecimae facies interior.

Θ. Duodecima vertebra dorsi, quam tegit fascia longitudinalis a collo descendens.

Λ. Π. Σ. Tres lumborum vertebrae superiores: Λ. prima, Π. secunda, Σ. tertia.

Φ. Φ. Ψ. Ψ. Processus carum transversi: Φ. secundae, Ψ. tertiae.

Ω. Ω. Tendines truncati *appendicum diaphragmatis*, qui in planitiem inferius explicati secundae et tertiae lumborum vertebrae firmiter adhaerent, descendunt, et locum tenent fasciae longitudinalis.

α. α. Os sterni.

β. Mucronata cartilago.

γ. Musculi intercostales externi.

δ. Ligamentum, quod a processu transverso vertebrae colli septimae exteriora versus descendens in collum inseritur costae primae. Vide Tab. XLIV.

ε. Ligamentum capituli costae primae, quo costa ipsa proximae vertebrae primae alligatur. Confer Tab. XLIV.

ζ. Membrana ligamentosa tenuis at satis robusta, quae ab una ad alteram cartilaginem costarum procedit, et musculos obtegit intercostales internos *η.* qui trans membranam ipsam pellucent (1).

η. Musculi intercostales interni sub ligamentosa membrana decurrentes.

θ. Similis membrana at validioribus fibris compacta, quae cartilagines jungit costarum inferiorum brevi inter se spatio distantes.

ι. Cartilaginea segmenta, quibus sexta costa cum septima, septima cum octava conjungitur, eadem membrana obducta.

κ. Ligamenta cartilaginum costarum, quae non solum cartilagines superiorum costarum cum sterni osse connectunt, verum super os ipsum sterni radiatim discurrunt, a dexteris ortae sinistra petunt, ascendunt, descenduntque et proxima ligamenta quâ superiora quâ inferiora decussant.

λ. Ligamenta quibus sterni cartilago mucronata cartilagini revincitur septimae costae. Lacerti qui a dextera costa procedunt in decussim abeunt cum iis qui oriuntur a sinistra.

(1) Apud Anatomicos *ligamenta* dicuntur *costarum coruscantia*. *Weitbrectius membranam* appellat *tomentosam*.

μ. Fibrae validissimae tendineo-ligamentosae, quae a margine superiore atque interiore costae duodecimae ad limbum pergunt inferiorem undecimae.

ν. Ligamentum, saepius in lacertos divisum, quod a processu transverso vertebrae lumborum secundae exortum, adscendit exterius, et costam petit duodecimam.

In claviculis et brachiis. ξ. Claviculae.

o. Processus quem dicunt *acromion* scapulae.

π. Processus ejusdem coracoideus.

ρ. Superficies scapulae anterior.

σ. Costa seu latus ejus externum.

τ. Caput humeri dexteri.

υ. Ejus collum.

ϕ. Ligamentum interclaviculare, quod supra sternum ab una clavicula ad alteram interius decurrit.

χ. Lacerti ligamentosi exteriores, qui connexionem amplectuntur et firmant claviculae cum sterni osse. Validae videlicet fibrae ab extremitate interiori claviculae supra sternum explicantur, et, cum sociis fibris alterius lateris, continuum, et latum ligamentum constituunt, super sterni manubrium praecipue decurrens.

$\psi.\omega.1.2.3$. In latere dextro. Membrana interior capsularis in articulatione sterni et claviculae dissecta ac separata; ut facilius conspici posset: ψ. ligamentum exsurgens a claviculae extremitate ω: 1. portio ligamenti, quae sterno inseritur: 2. limbus foveae articularis glenoideae ipsimet sterno exculptae, quâ clavicula committitur: 3. limbus cartilaginis interarticularis (1).

4. Ligamentum *rhomboideum* quod haud longe a claviculae collo deducitur et oblique a superioribus et posterioribus ad inferiora et anteriora procedens cartilagini adhaeret costae primae. Fibrae supra cartilaginem et

(1) Cartilaginem istiusmodi *tam cum claviculae capitulo quam cum sinu sterni terminis oppositis connasci* scripsit *Weitbrechtius*. Ovalem videlicet lingulam referens superiori extremo claviculae, inferiori autem sterni sinui firmiter adhaerescit.

sternum excurrentes cum ligamentis miscentur χ. a clavículae capitulo proficiscentes.

5. Musculus *subclavius*.

6. Ejus tendo.

7. 8. 9. Ligamentum *bicorne*, quod a processu scapulae coracoideo interius assurgens ab exterioribus et inferioribus ad interiora et superiora oblique explicatur et in duas quasi taenias dividitur. Cornu superius in faciem inseritur claviculae inferiorem prope ligamentum alterum rhomboideum: inferius autem ad costam migrat inferius positam sub tendine musculi *subclavii*, qui ab his cornubus coercetur quodammodo ac roboratur. Fibrae nonnullae cornu superioris ulterius aliquando progredientes abscedunt a clavicula et cum rhomboideo ligamento ad supremam costam descendunt (1).

10. 11. Ligamenta duo tuberi innata processus scapulae coracoidei, quibus interjacet bursa mucosa. Oblique feruntur in superiora, et in faciem claviculae externam sese immittunt (2).

12. In latere sinistro. Fibrae tendinosae validissimae quae connexionem circumdant processus acromii cum claviculae extremo, et ab ipsomet processu in claviculam infiguntur.

(1) Nullam apud Neotericos de hoc ligamento mentionem fieri olim existimabam; verum silentio praeterire nequeo *Weitbrechtium* clariss. expansionem quamdam membranaceam commemorasse, ad quam fortasse ligamentum bicorne referri posset. *Tandem*, inquit ille (*Syndesmologia* Sect. II. §. 21.) *sicco pede plane praetereunda non est irregularis quaedam* expansio membranacea, *quae hic locorum cum membranis musculorum accumbentium confusa circumvagatur, omnesque lacunas et angulos, inter ligamentum triangulare, acromium, processum coracoidem, claviculam, cervicem et spinam scapulae, pinguedine spissos complet. Haec involvit vasa, transit cum illis per sulcum semilunarem scapulae, reflectit denuo versus processum coracoidem et claviculam, involvit vasa subclavia usque ad sternum, musculoque subclavio pulvinar quasi et vaginam suppeditat; quae vagina, in sede musculi postica saepe sub habitu* perfecti ligamenti *ex interna et antica processus coracoidis facie in claviculam profecti, apparere solet.*

(2) Unum tantummodo ligamentum hic loci Anatomici etiam recentiores descripserunt, idque vocant *trapezoiden*. Bursam et duo ligamenta vidit etiam *Monro*, (*a description of all the Burs. mucos.* Tab. I. F. F. I.)

13. In latere dextero. Ligamentum *scapulare proprium anterius*, quod ab exteriore processus coracoidei margine ortum ducit et in acromii faciem anteriorem terminatur. Ligamentum hoc satis robustum binos processus pontis ad instar revincit: ad acromion angustum est, dein sensim sensimque diducitur in planitiem, atque explicatur.

14. 15. 16. In sinistro latere. Robustum ligamentum orbiculare, quod a collo et cilio capitis scapulae *14.* secedit, et in bursam explicatum, humeri caput *15.* superscandit, et in ipsius collum *16.* inseritur.

17. Membrana ligamentosa, quam *Weitbrechtius* appellat *adscititiam*. Ex latere posteriori et simul externo processus coracoidei ortum ducit, et sub ligamento scapulae anteriori (*13.* in latere dextro) procedens ad exteriora in suprema humeri parte ligamentum contegit orbiculare, eique firmissime adhaerescit.

18. Externum humeri tuberculum.

19. Sulcus tuberculis intercedens, in quo continetur et excurrit

20. Tendo musculi *bicipitis* longior, cylindricus, qui a margine supremo cavitatis scapulae glenoideae proficiscitur.

21. Vagina ligamentosa quae tendinem ipsum in sulco coercet atque recondit.

22. In brachio dextero. Ligamentum capsulare ita dissectum, ut humeri caput τ. cartilaginea crusta obtectum conspici posset.

23. Ubi ligamentum ipsum sub humeri collo terminatur.

24. Glandulae nonnullae, quae mucum effundunt ad ossium superficiem laevigandam atque inungendam tributum.

25. Os humeri.

TABULA XLII.

Ex eodem Opere.

Posticam capitis, colli, thoracisque superficiem sistit ligamentis omnibus vertebrarum, costarum et brachii, quae posterius locantur, sua sede rite praeparatis.

In Capite et Collo.

A. Os verticis dexterum.
B. Idem os a sinistris.
C. Sutura inter ipsamet ossa verticis.
D. Os occipitis, seu pars occipitalis ossis spheno-occipitalis.
**.* Sutura inter os occipitis et ossa verticis, *lambdoidea* dicta.
E. Processus mastoideus ossis temporis sinistri.
F. Cellulae ejusdem processus resecti a dexteris.
G. Processus styloideus ejusdem ossis temporis dexteri.
H. Ejus processus zygomaticus.
I. Meatus auditorius.
K. Ossis jugalis ora exterior et inferior.
L. Ejusdem ossis facies posterior.
M. Ossis maxillaris apophysis palatina.
N. Maxillae facies posterior concava.
O. Ejus angulus.
P. P. - - - condyli, dexter videlicet et sinister.
Q. - - - processus coronoideus.
R. R. Membrana ligamentosa contegens musculum *temporalem*. Tab. XLI. *d. d. d. d.*
S. Membrana capsularis ligamentosa, quae articulationem

complectitur processus condyloidei *P.* cum osse temporum. Tab. XLI. *q.*

T. Ligamentum maxillae *laterale*, quod oritur a postico margine cavitatis illius glenoideae, qua maxillae ipsius condylus reconditur. Descendit inferius simul et exterius, et faciei maxillae posteriori adglutinatur loco fere medio inter angulum et condylum, ubi asperitates occurrunt in eadem facie facillime conspiciendae. Planam taeniolam refert ligamentum istiusmodi, membranaceam, at non *tenuem* uti *Weitbrechtus* affirmat: immo saepissime validissima est. Inter ligamentum hoc et condylum vasa decurrunt et nervi, qui maxillae foramen ingressi, maxillae et dentibus prospiciunt; et fortasse ad id potissimum datum nobis fuisse videtur, ut non tam maxillae nimiam mobilitatem impediat in anteriora, quam ut vasa ipsa et nervos coerceat, ne in vario maxillae motu propria sede et directione deturbentur atque dissiliant (1).

U. Membranaceum aliud ligamentum, idque tenuius, quod a processu exit styloideo ossis temporis, inferius progreditur exteriusque, ut posteriori maxillae superficiei prope angulum obligatur. Insertionem firmat musculi *pterygoidei interni*, cui validissime adhaeret.

X. Lacertus ligamentosus qui a medio tuberculo exortus quod in atlante spinae vices gerit in occiput affigitur. Funiculi robustissimi pars est, qui inferius productus cum spinosis vertebrarum omnium processibus coalescit.

Y. Y. Membrana annuli posterioris atlantis, quae videlicet a

(1) Aliud juxta *Weitbrechtum* hujus ligamenti officium est. Putat nimirum ea de ratione datum esse ut *glandula parotis, undique luxurians, partim basin aliquam nanciscatur, partim coerceatur, ne nimis profunde versus interiora se insinuet, atque in motu damnum quodpiam patiatur* (*Syndesmol.* Sect. III. §. 5.) Verum raro, ni fallor, in cadaveribus glandula istiusmodi ligamentum pertingit laterale, et si augeretur etiam ea de ratione ut ad ligamentum perveniret, quid inde damni consequi posset, profecto non video, cum actione musculorum, et continuo maxillae motu ipsamet glandula comprimatur semper et agitetur.

supremo et posteriore atlantis margine procedens in occiput finem habet: membranam hanc *Soemmerringius* appellat *ligamentum vertebrae primae proprium*.

Z. Pars ejusdem membranae oblique decurrens a transverso atlantis processu ad eam occipitis sedem qua musculus adnectitur *rectus capitis posticus major*.

a. a. a. a. Viae per quas venae transeunt et nervi (1).

b. b. Arcus posterior vertebrae colli primae.

c. c. Ejusdem processus transversi.

d. e. f. g. h. i. Arcus posterior uniuscujusque vertebrae colli: *d. d.* secundae: *e. e.* tertiae: *f. f.* quartae: *g. g.* quintae: *h. h.* sextae: *i. i.* septimae.

k. l. m. n. o. p. Processus obliqui seu articulares earumdem vertebrarum: *k. k.* secundae: *l. l.* tertiae: *m. m.* quartae: *n. n.* quintae: *o. o.* sextae: *p. p.* septimae.

q. Spinosus epistrophaei processus bifurcatus ut in reliquis colli vertebris.

r. s. t. u. Spinosae apophyses tertiae, quartae, quintae colli vertebrae.

y. Funiculus ligamentosus qui a processu spinoso vertebrae secundae ad tuberculum transit posterius atlantis et inde ad occiput.

z. z. z. z. Lacerti ligamentosi, qui ab uno ad alterum processum spinosum vertebrarum colli decurrunt, eosque colligant inter se. A margine scilicet superiori processus *s.* vincula oriuntur, quae in marginem inferiorem terminantur processus *r.* superincumbentis (2).

(1) Membranam istiusmodi perforant venae, quae sanguinem ab exterioribus cervicis partibus in sinus revehunt laterales, tum et nervi qui ab oblongata medulla prodeuntes per occiput disperguntur. Id semper vidi, et viderat etiam *Weitbrechtus*, qui *multis nervis et vasis sanguineis pertusam* esse scripsit (loc. cit. Sect. III. §. 9.); ideoque miror summopere cl. *Mauchart*, qui primae et secundae vertebrae ligamenta tanto studio prosequutus est, hiatus istiusmodi *non observasse* (*Capitis articulatio cum prima et secunda colli vertebra* 1747. §. 11.)

(2) Praeter haec vincula cl. *Winslowius* membranam quamdam inter ligamenta retulit, quae ab occipite ad apophysim usque spinosam septimae vertebrae porrigitur, et *ligamentum* dixit *cervicalem posticum*. Membranam hanc delineavit quoque *Loderus*

$\beta.\beta.$ Ligamenta processuum obliquorum primae et secundae vertebrae cervicis. Notum quippe est obliquos processus inferiores atlantis cum similibus apophysibus articulari iisque superioribus vertebrae secundae, ex quo etiam processus istiusmodi *articularium* apophysium nomen obtinuerunt. Articulationem hanc ligamentosa membrana complectitur de qua dictum etiam fuit Tab. XLI. *t.* et T. XLIII. Fig. I. *n. o. p. Weitbrechtus* appellat *ligamenta processuum ascendentium et descendentium.*

$\gamma.\gamma.\gamma.\gamma.\gamma.$ Ligamenta crurum *subflava*. Posteriores videlicet arcus ossei vertebrarum, qui in spinosam apophysim conveniunt, ita distant inter se, ut spatia quaedam posterius comprehendant. Spatia istiusmodi ligamenta occupant quae a colore dicuntur *subflava*, et quae a margine inferiore cujuslibet vertebrae ad superiorem limbum producuntur vertebrae illius quae proxima succedit. Vide Tab. XLVI. Fig. II.

$\delta.\delta.\delta.\delta.\delta.$ Ligamenta quae articulationem ambiunt processuum obliquorum in caeteris colli vertebris. Tab. XLIII. Fig. I. *r.* Fig. III. *O.*

In dorso, lumbis, et costis.

1. – 12. Vertebrae dorsi duodecim.

$\varepsilon.$ Arcus postici margo superior in qualibet vertebra.

$\zeta.$ Ejusdem arcus inferior margo.

$\eta.$ Capitulum processus transversi uniuscujusque vertebrae.

$\theta.$ Costae.

$\iota.\iota.\iota.\iota.$ Capitulum sextae, septimae, octavae, nonae, et decimae costae, quo cum vertebris articulantur.

$\varkappa.\varkappa.\varkappa.\varkappa.$ Ligamenta *subflava*, quae a margine supremo $\varepsilon.$ vertebrae inferioris ad limbum transeunt inferiorem $\zeta.$ vertebrae superioris.

$\lambda.\lambda.\lambda.$ Funiculus ligamentosus, quo apices junguntur processuum omnium spinosorum.

$\mu.\mu.\mu.$ Ligamenta processuum transversorum. Ab apice, ex. gr.,

et *nuchae ligamentum* appellavit. Nos vero, cum tunicae hae musculorum insertioni proxime famulentur qui in collo siti sunt, inter ea ligamenta quae ad molliores partes pertinent jure adnumeranda esse censemus.

inferiori processus transversi vertebrae dorsi tertiae lacertus exortus in processum descendit transversum vertebrae quartae, ec. (1).

ν. Ligamentum quod articulationem firmat processuum obliquorum undecimae et duodecimae vertebrae dorsi a sinistris.

ξ. Simile ligamentum a dexteris, at ita separatum, ut apophysis obliqua duodecimae vertebrae in oculos incurrat *o.*

π. π. Vincula quaedam minima ab apophysi obliqua et superiori in inferiorem decurrentia, quae una cum arcu osseo vertebrae proximae foramen constituunt *ρ.*, per quod ramus posterior nervorum spinalium viam sibi facit ad exteriora.

13. 14. 15. Vertebrae lumborum superiores: *13.* prima, *14.* secunda, *15.* tertia.

16. Earum processus transversi.

17. - - - - corpora.

18. Ligamenta cartilaginea, quibus corpora ipsa connectuntur, vulgo *cartilagines intervertebrales*.

19. Ligamenta subflava, quae spatia occludunt inter arcus posticos vertebrarum lumbalium.

20. 20. 20. Funiculus ligamentosus, quo in lumborum vertebris spinosarum apophysium apices junguntur, illi continuus qui spinosis dorsalium vertebrarum processibus instratus est.

21. Ligamenta validissima, quae articulationem ambiunt processuum obliquorum in lumbis.

22. Simile ligamentum at revolutum, ut obliqua apophysis superior *23.* vertebrae tertiae lumborum conspici pos-

(1) Ligamenta istiusmodi nonnisi inter processus transversos quintae, sextae, septimae, octavae, nonae, decimae vertebrae adesse scripsit *Weitbrechtus*. Iis tamen saepius inter se connecti vidi processus tertiae, quartae et quintae; et fortasse *membraneum* illud *ligamentum* est, quod *Vesalius* porrigi observavit ab uno processu in alterum *tota intervalli amplitudine*. (Vide *Weitbrechti* Syndesmol. Sect. IV. §. 21.)

set, tum et commissura inter processum hunc, et obliquam apophysim inferiorem vertebrae secundae.

24. Ligamenta, seu validissimi tendinei lacerti, qui transversos lumbarium vertebrarum processus colligant.

25. Musculi intercostales externi.

σ. Fragmenta tendinum ad musculum dorsi *longissimum* pertinentium.

26.27.28. Ligamenta costarum *transversalia externa*. A margine postico et externo processus transversi cujuslibet vertebrae initium ducit singulare ligamentum breve, planum ac fibrosum, quod in asperiusculo tuberculo costae proximae terminatur. *27.* Simile ligamentum undecimae costae quod adscendit. *28.* Ligamentum duodecimae oblique descendens.

29.29.29. Ligamenta seu aponeuroses, quae a transversis processibus vertebrae lumborum primae et secundae in duodecimae costae inferiorem marginem inseruntur.

30.30. Membrana tendinea validissima undecimam costam cum duodecima colligans.

31. Nervus spinalis per membranam translucens.

τ. Ligamenta inter costarum cervicem et processum vertebrarum transversum (*Weitbrechtus* ligamenta vocat *transversaria interna*). A cervice costae tertiae sinistrae, quintae, sextae, septimae, nonae costae dextrae ligamentum adscendit extrorsum, atque in facie inferiori et extrema processus transversi vertebrae superioris finem habet. Vide Tab. XLIV. (1).

φ. Ligamenta cervicis costarum externa. Horum quodlibet a margine superiori cervicis costae procedens adscendit

(1) Quaeret fortasse quispiam de me, qui fiat, ut neque in omnibus vertebris ligamenta exhibeam processuum transversorum *μ.*, neque in costis omnibus ligamenta transversalia interna *τ.*, neque ea quae proxime describenda sunt *φ.*? An inter processus transversos sextae et septimae dorsi vertebrae ligamentum *μ.* deest, quod in caeteris conspicitur? An ligamento *φ.* costae nonnullae destituantur? Minime quidem; at cum ligamenta haec omnia ita in cadavere disposita sint, ut unum alteri incumbat, quà media, quà vero exteriora abscindere oportuit, ut ea quae profundius latebant facilius et sua sede possent delineari.

oblique ad interiora pone ligamentum internum transversale, et in limbum immittitur inferiorem processus obliqui vertebrae proxime superioris. Figuram habet persaepe triangularem.

ψ. In costa dextera nona, undecima, et sinistra quinta, sexta, nona teretes quosdam fasciculos delineavimus, qui ligamenta constituunt costarum *accessoria*. Saepius enim in cadaveribus praeter vincula jam descripta, lacerti adsunt ligamentosi qui transversum vertebrae processum cum proximae costae cervice quâ oblique, quâ recta connectunt.

In scapulis, et brachiis.

A. Scapulae superficies posterior et infraspinata.

B. Ejus costa seu margo exterior.

C. - - basis.

D. Margo seu costa superior.

E. Incisura in hoc margine excavata nervos excipiens et vasa.

F. Angulus inferior scapulae.

G. - - - - superior simul et interior.

H. Initium spinae.

I. Processus acromii a dexteris.

K. Spina resecta a sinistris.

L. Fovea supraspinata.

m. Radix processus coracoidei.

N. Clavicula.

O. Ejus extremum.

P. Os humeri.

Q. Humeri caput crusta obtectum cartilaginea.

R. - - - - collum.

s. Ligamentum scapulae *proprium posterius*. Ab angulo acuto et interno incisurae *E.* exterius et oblique decurrens in superiora angulo innascitur externo ipsius incisurae, seu protuberantiae posteriori radicis processus coracoidei. Quandoque duplex est; incisuram subtendit et claudit (1).

(1) *Weitbrechtus* et *Soemmerringius* in causam inquisiverunt, cur incisurae isti-

t. t. t. Ligamentum scapulae *commune conoides*, quod partim a ligamento *proprio postico s.*, partim a radice processus coracoidei *m.* prope incisuram crassis fibris et validissimis marginem petit posteriorem et extremum clavi-culae.

T. Ligamentum capsulare a scapulae collo procedens et caput humeri undique complectens a dexteris.

u. Funiculus, qui a radice spinae scapulae exortus ligamento immiscetur capsulari.

U. Foramen cellulosa membrana repletum, per quod transit ramus arteriae circumflexae pergens ad acromium.

X. Tendo musculi *infraspinati*.

Y. Quâ ligamentum capsulare humero connectitur.

Z. Ligamentum idem dissectum, ut humeri caput *Q.* veniat in conspectum.

usmodi ligamentum potius limites ponat quam ossea lamella. Recte autem *Soemmerringius* rem explicare conatus est. *Forsan*, inquit ille, *vasa chordae huic tendinosae subjecta, depressa scapula, nimis ossi adfricarentur* (de corp. human. fabrica. Tom. II. §. 54.).

TABULA XLIII.

Ex eodem Opere.

Ligamenta exhibet, quae Caput colligant cum prima et secunda vertebra cervicis.

FIGURA I.

Cranii facies anterior cum colli vertebris nonnullis superioribus.

A. Os frontis.
B. B. Margo superior orbitae.
C. C. Fornix orbitae.
D. D. Os maxillare.
E. Spina a processu nasali inferiori ipsius maxillae producta.
F. F. Os jugale.
G. G. Apophysis zygomatica ossis temporis.
H. H. Ejusdem processus mastoideus seu mammillaris.
I. I. - - - - - - - - - styloideus.
K. K. Ossa palatina.
L. L. Hamulus pterygoidei processus interni.
M. M. Os occipitale.
N. N. Processus Atlantis transversi.
O. O. Arcus anterior ejusdem vertebrae.
P. Tuberculum in atlantis parte media atque anteriore, quod corporis vices gerit.
Q. Q. Corpus vertebrae secundae.
R. R. - - - - - - - - - tertiae.

S. S. Corpus vertebrae quartae.

T. Processus transversi earumdem vertebrarum.

U. Processus obliqui inferiores vertebrae quartae, qui laevi induuntur crusta cartilaginea.

a. Septum nasi cartilagineum: Tab. XLI. *p.*

b. Pars cartilaginis superioris triangularis: ibid. *g.*

c. d. Fibrae ligamentosae, quae septum cartilagineum *a.* inferius et anterius revinciunt processui nasali ossis maxillaris; earum nonnullae *c.* a spina ad septum recta procedunt, et mediae jacent inter obliquos fasciculos *d.* qui lateribus adglutinantur cartilaginis ipsius.

e. e. f. Cartilago, quae inter os temporis et maxillae inferioris condylum interponitur: *e. e.* limbus ejus tumidulus, qui membranae adhaeret capsulari *g.* qua maxillae articulatio continetur: *f.* superficies inferior cartilaginis, in qua subsidit et extenuatur.

g. g. Membrana articularis, quae a sinu glenoideo ossis temporum dextri et a tuberculo jugi descendens limbo adnascitur operculi cartilaginei, et in condylo maxillae obliteratur. Est *membrana inferior Weitbrechti*. Exteriorem superficiem vide Tab. XLI. *q.*

h. Sinus glenoideus ossi temporis sinistro insculptus laevi lamina cartilaginea obtectus, cum quo condylus articulatur maxillae inferioris.

i. i. *Membrana annuli anterioris*, quae apud *Mauchart* est *obturans anticum atlantis occipitale* ligamentum. Spatium occupat et occludit inter apophysim basilarem ossis occipitalis, a qua ortum ducit prope magnum occipitis foramen, et arcum atlantis anteriorem, in cujus marginem superiorem disperditur. Fibrae oblique decurrunt ab interioribus ad exteriora.

k. Lacertus rectus medius fibrarum perpendicularium, qui ab occipite in anterius abit atlantis tuberculum, eique firmissime adhaerescit.

l. l. Fibrae ligamentosae transversim decurrentes, quae a transverso atlantis processu veniunt tam dextero

quam sinistro, et in arcum anteriorem prope tuberculum disperguntur (1).

m. m. Fascia longitudinalis anterior vertebrarum ab anteriori atlantis tuberculo inferius producta. Tab. XLI. *s. s. s.*

n. Ligamentum articuli sinistri processuum obliquorum, quibus prima vertebra cum secunda articulatur Tab. XLI. *t.*

o. p. Idem ligamentum dissectum a dexteris ut rima inter processus obliquos ipsarummet vertebrarum conspici posset, et *o.* facies inferior processus obliqui inferioris vertebrae primae laevi cartilagine crustata.

q. q. Ligamenta cartilaginea, seu cartilagines intervertebrales inter secundam et tertiam, inter tertiam et quartam vertebram cervicis.

r. r. Ligamenta inter processus obliquos seu articulares vertebrarum ipsarum.

FIG. II.

Os occipitale ab anteriori parte una cum duabus superioribus vertebris colli.

A. A. Ossis occipitalis facies anterior et concava.

B. Apophysis basilaris, qua os ipsum occipitale ossi connectitur sphenoideo anterius.

C. C. Condyli, quibus caput cum atlante committitur.

d. d. Foraminis occipitalis ora anterior.

E. E. Processus atlantis transversi.

(1) Fibras hasce peculiare ligamentum constituere putavit *Weitbrechtus*, illudque vertebrae primae *proprium* esse scripsit. Etsi vero hoc numquam viderit *Mauchart*, illud tamen et in omnibus cadaveribus facillime praeparari posse certus scio, et observavit etiam *Loderus*, qui in anatomicis tabulis fasciculos istiusmodi delineare non dubitavit. Quid autem sibi voluerit *Soemmerringus* cl. in hujus ligamenti descriptione profecto non intelligo. Postquam enim *Weitbrechti* figuram XXXIII. *m.* indicavit, quae tum nostrae tum *Loderi* praeparationi respondet, ligamentum istiusmodi *marginem* posteriorem *foraminis occipitalis inter et marginem superiorem annuli* posterioris *atlantis positum* esse scribit (*de corp. hum. fabr.* Tom. II. §. XV. pag. 12.).

F. Tuberculum quod corporis vices gerit in atlante.

G. Corpus vertebrae secundae.

H. H. Ejus processus transversi.

I. I. - - - - - - - obliqui inferiores.

K. Ligamentum, quod detracta membrana annuli anterioris in oculos incurrit. Ab extrema apophysi odontoide vertebrae secundae exoritur anterius et in limbum inseritur anteriorem foraminis occipitalis. Ligamentum hoc Fig. VII. a posterioribus repraesentat *h.*

L. L. Ligamenta duo oblique decurrentia ab ipsomet dente in marginem lateralem ejusdem foraminis. Vide Fig. VII. *i. i.*

m. m. Ligamenta articularia, quae articulationem amplectuntur condylorum occipitis cum sinu superiori tam dextero quam sinistro atlantis.

n. Ligamentum quo corpus vertebrae secundae cum atlantis arcu anteriore connectitur. *Mauchart* vocat ligamentum *obturans anticum atlantis-epistrophaeum.*

o. o. Ut in Fig. I. *n. o.*

FIG. III.

Cranii basis a parte posteriore una cum vertebris colli quatuor superioribus. Serra resecta et detracta est pars posterior ossis occipitis una cum arcu posteriore omnium vertebrarum, ita ut canalis vertebralis paries anterior conspici posset.

A. Pars basilaris ossis occipitis.

B. B. Pyramides ossium temporum: a nonnullis dicuntur *apophyses petrosae.*

C. C. Processus mastoidei a posterioribus.

D. D. - - - - - styloidei.

E. E. Foramina seu canales, per quos nervus facialis et acusticus sibi viam facit.

F. F. Incisura, seu rima pro vena jugulari et nervo vago.

G. G. Partes laterales vertebrae primae.

H. H. Unde posterior arcus a lateribus oritur vertebrae primae dissectus.

I. I. Apophyses ipsius vertebrae seu processus transversi.

L. L. Portio arcus posterioris vertebrae secundae, tertiae et quartae.

M. Superficies inferior et posterior corporis in quarta vertebra.

N. N. Ligamentum *m.* Fig. II. a posterioribus.

O. O. Ligamentum *r.* Fig. I. a posterioribus.

P. P. *Fascia longitudinalis postica*, a qua dura meninx separata jam fuit. Fibrae videlicet validae et crassae ab occipitis osse ortum ducunt interius supra marginem foraminis anteriorem. Descendunt inferius, atlantis arcum anteriorem, tum et secundae vertebrae corpus transgrediuntur a posterioribus, dein corporibus ipsis vertebrarum omnium adglutinantur. Infra secundam vertebram fibrae quibus fascia conflatur, ab una ad alteram vertebram tantum procedunt, etsi unum atque continuum ligamentum componere videantur (1).

Q. Ubi fascia ligamentosa a dente vertebrae secundae nonnihil elevatur.

q. q. Fibrae ligamentosae, quae supra faciem posticam corporis vertebrarum decurrunt iisque adhaerescunt.

r. r. Vincula cellulosa, quae fasciam ligamentosam lateribus vertebrarum revinciunt.

FIG. IV.

Eadem cranii et colli pars ac in Fig. III.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. L. M. Ut in Fig. III.

n. n. Condyli ossis occipitis crusta cartilaginea tecti, quibus os istiusmodi cum prima cervicis vertebra committitur.

(1) Vertebras omnes intra canalem medullae spinalis peculiari tubo ligamentoso (*tuyau ligamenteux, entonnoir*) connecti scripsit *Winslowius*. Hujus tamen tubi praesentiam recte in dubium revocavit *Weitbrechtus* (Sect. IV. §. 12.).

O. O. Foramina quae supra condyloideas apophyses spectanda occurrunt, et per quae nervi permeant linguales seu quentes.

P. Q. Ut in Fig. III. *O. P.*

R. Fasciae ligamentosae pars superior dissecta et reflexa.

S. S. Fasciculi ligamentosi, qui sub apparatu *P. Q.* Fig. III. ab occipitis interna superficie prodeuntes corpori epistrophaei firmiter affiguntur. Fibrae nonnullae a limbo veniunt foraminis *O. O.* aliae a margine interno processus condyloidei *n*. Sulcum relinquunt *U. X.* in quo et ligamentum transversum et ejus appendix superior locatur (1).

t. t. Lacerti ligamentosi exigui at validissimi qui ab interno margine sinuum articularium superiorum vertebrae primae procedentes cum fasciculis immiscentur *S.S* .ut in idem secundae vertebrae corpus se posterius insinuent (2).

(1) Horum lacertorum aggeriem *apparatum ligamentosum* appellat *Weitbrechtus*, eumque in duas partes dividit: *priorem* videlicet quae fasciae subest longitudinali, *hiatum anteriorem inter occiput et vertebram primam interne claudit, dentem ejusque vincula transgreditur;* et *profundiorem*, quae sulcum occupat inter dentem et latera atlantis. Icone etiam apparatum istiusmodi demonstrare curavit, quae naturali harum partium structurae minime respondet. Cl. *Mauchart* etsi apparatum *ligamentorum singularem, plurium, plus minus distinctorum, fortius laxiusque sibi invicem adglutinatorum accumbentiumve* adesse fateatur; partem tamen illam quae prope occiput est *lamellam exteriorem* esse putat *appendicis superioris ligamenti transversalis:* partem autem inferiorem pro ligamento habet *vaginali* dentis epistrophaei. Quod ad me attinet, si in hoc opinionum discrimine, aliquid conjectari fas est, neque *Weitbrechtum* neque *Mauchart* vincula istiusmodi recte cognovisse arbitror, quemadmodum ea aut non vidit aut neglexit *Loderus*, qui fasciam longitudinalem posticam pro apparatu ligamentoso delineavit. Et re quidem vera cum ligamenta, quae hac figura repraesentavi, neque appendicibus ligamenti transversi neque denti superinducantur, patet, ni fallor, a *Weitorechto* et a *Mauchart* exteriorem lamellam fasciae longitudinalis *apparatui*, de quo sermo est, tributam fuisse. Si enim fascia ipsa diligenter ab iis vinculis separetur, appendix superior ligamenti transversi *X.* nuda in oculos incurrit, nullo fasciae tegmine superstite. Num vero cum *vaginali* dentis ligamento interior pars coaunadi possit, ii sane dijudicent, qui iconem hanc cum icone sexta hujus Tabulae *t. t. t.* velint comparare.

(2) De his lacertis a prima vertebra prodeuntibus nullam apud Syndesmologiae scriptores mentionem invenio.

U. Ligamentum atlantis *transversum*, de quo vide Fig. V. et VI.

X. Ejusdem ligamenti appendix *superior R.* Fig. V.

Y. - - - - - - - - - - - - - - - *inferior S.* Fig. V.

FIG. V.

Eadem cranii pars una cum atlante et epistrophaeo a posteriori parte.

A.B.C.D.E.F.G.H.I. Ut in Fig. III.

K. Superficies inferior simul et posterior marginis inferioris et antici in vertebra secunda.

L. Portio arcuum posteriorum vertebrae ipsius, qui in spinosam apophysim conveniunt.

m. m. Quà ipsimet arcus resecti sunt una cum processu spinoso.

n. n. Foraminis occipitalis margo anterior.

o. o. Ut in Fig. III. *N.*

P. P. Ut in Fig. III. *O.*

Q. Ligamentum *transversale* atlantis. A minimo quodam tuberculo dextero atlantis ipsius ortum ducit (quod sinui articulari ejusdem lateris subjacet interius), dein transversim decurrens retro dentem vertebrae secundae ejus collum complectitur, et ad sinistrum tuberculum simile pergit, in eoque inseritur validissime. Ligamentum hoc ab aliis omnibus separatum ostendit Figura sexta, quae proxime succedit.

R. *Appendix superior* ligamenti transversi, quod a margine exsurgens superiore ligamenti transversi dentem transgreditur et supra limbum anteriorem et internum foraminis occipitalis ossi firmissime accrescit. Etsi Syndesmologiae Scriptores triangularem formam huic appendici tribuant, basi transversum ligamentum spectante; cum tamen particulam hanc in plurimis cadaveribus accurate contemplatus sim, eam semper latescere prope occiput animadverti.

S. Ejusdem *appendix inferior*. A margine descendit inferiore ligamenti ipsius transversi et superficiei affigitur posteriori corporis epistrophaei, in qua fibris nonnihil convergentibus finem habet (1).

t. t. Vincula, quae a margine postico et superiore corporis epistrophaei ad marginem transeunt inferiorem simul et posteriorem arcus anterioris Atlantis.

u. u. Ligamenta dentis *lateralia* pone appendicem superiorem decurrentia, quae accuratius delineata vide in Fig. VII.

FIG. VI.

Prima et secunda colli vertebra a parte posteriori, ut ligamenti transversi figura et incessus, tum et vaginalis ligamenti situs et connexio veniat in conspectum.

a. Tuberculi, quod in atlante pro corpore est, margo superior.

b. b. Arcus anterior vertebrae ipsius.

c. c. Limbus scutuli quod excavatum est in facie postica tuberculi *a.* et cum quo faciecula anterior dentis epistrophaei articulatur.

d. d. Sinus atlantis articulares superiores, crusta cartilaginea tecti, cum quibus occipitis condyli committuntur.

e. e. Processus atlantis transversi.

f. f. Foramina iisdem processibus insculpta pro transitu arteriae vertebralis.

g. g. Arcus hujus vertebrae posterior.

h. Asperitates quaedam, quae in hac vertebra spinae vices gerunt.

i. i. Corpus vertebrae secundae a posterioribus.

k. Apophysis ejus odontoides, seu *dens*.

l. l. Processus transversi vertebrae secundae.

(1) Cl. *Mauchart* transversum ligamentum ejusque appendices uno *cruciformis* ligamenti nomine comprehendit.

m. m. Ejus processus obliqui inferiores.

n. n. - - - arcus posterior.

o. - - - spina bifurca.

p. Ligamenti transversi pars media. Fig. V. *Q.*

q. q. Extrema hujus ligamenti teretia et durissima, quae inseruntur in tubercula duo prope sinus articulares atlantis.

r. Appendix inferior. Fig. V. *S.*

s. - - - - - superior resecta.

t. t. t. Ligamentum *vaginale* seu membrana quae limbum scutuli *c. c.* margini connectit facieculae anterioris dentis cum scutulo ipso articulatae (1).

u. u. Fila ligamentosa quae sunt *t. t.* Fig. V.

x. x. Glandulae quae in sinu quodam parum excavato locantur pone tubercula quibus extrema affiguntur ligamenti transversi (2).

FIG. VII.

Pars basilaris ossis occipitalis una cum portione ossium temporalium et duabus prioribus colli vertebris a posteriori parte.

A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.m.n. Ut in Fig. V.

(1) De hoc ligamento vaginali a nemine hactenus delineato ita egit *Mauchart*, ut a se primum detectum esse glorietur. Annon vero germen illud est ab *Eustachio* memoratum *(de motu Capitis* pag. 208.*) tenue ac membranosum ab interna ligamenti sede principium sumens, undique circa dentis radicem insertum, primam vertebram secundae connectens?* Quo tamen cumque modo *Eustachii* mentem Anatomici interpretari velint, certum est ligamentum istiusmodi a *Weitbrechto* minime praetermissum fuisse. Vidit enim ipse *coaptationem cartilagineam processus dentiformis ad annulum vertebrae primae anteriorem non quidem plane nudam, sed circumquaque tectam esse singularibus fibrillis ligamentosis* ec. (Sect. IV. §. 8.). Et cum fibrillis sane membrana confletur quae vaginale ligamentum constituit, neque alia ligamenta hanc coaptationem tegant circumquaque, nescio profecto quonam jure scripserit *Mauchart* hunc *Weitbrechti* locum *non debite, clare et distincte perstringere illud ligamentum, quod* ipse *vaginale salutavit*.

(2) Glandulas hasce memoravit idem *Mauchart*, an ab aliis vero delineatae fuerint prorsus ignoro. Et revera *Soemmerringius* cl. in atlantis descriptione de tuber-

a. a. Processus articulares superiores vertebrae secundae laevi cartilagine crustati.

b. Corpus ejusdem vertebrae.

c. Facies postica dentis epistrophaei, quae laevi induitur lamina cartilaginea. Fig. VI. *k.*

d. d. Arcus atlantis anterior.

e. e. Ligamenta *t. t.* Fig. V.

f. f. Lacerti ligamentosi, qui collo dentis adnascuntur, et sursum oblique pergentes supra marginem internum processus condyloidei finem habent. *Weitbrecht* Fig. 34. *h.*

g. g. Pars superior ipsorum ligamentorum, quae ab acumine dentis nata hinc et hinc divaricantur, et ad horizontem decurrentia eumdem superiorem marginem internum petunt processus condyloidei occipitis cui adglutinantur lacerti *f. f. Weitbrecht* Fig. 34. *g.*

h. Ligamentum dentis *medium rectum* (1) a dentis extremo superiori adscendens et in anteriorem marginem foraminis occipitalis insertum. Fig. II. *K.*

i. i. Ligamenta duo lateralia et obliqua, quae etiam vide Fig. II. *L. L.*

culo verba facit et de foveola seu sinu, *cui ligamentum atlantis illigari* scribit *(de hum. corp. fabrica* Tom. I. pag. 235.*)*.

(1) *Vesalius* primum, (de Corp. hum. fab. Lib. I. Cap. XV.) dein *Eustachius* (de motu Capit. tum Tab. anat. XLVII. Fig. IX.) descripserunt et Tabulis demostrarunt a dentiformi secundae vertebrae processu teres ligamentum et rectum assargere, quod in occipitis partem anteriorem finem habet. Ligamentum hoc *imaginarium* videtur *Weitbrechto*, qui tamen *fibrositatibus* quibusdam summum dentis apicem cum occipite recta via committi observavit (Sect. III. §. 16.). *Mauchart Eustachio* assentitur, *Loderus Weitbrechto*. Postremis tamen hisce temporibus *Eustachii* figuram ad examen revocavit *Andreas Comparetti*, (Obs. anat. de aure interna comparata pag. 368.) et particulam *d.*, quam pro dente habuit *Albinus* (in expl. Tab. Eustach.) ligamentum esse autumat et appendicem superiorem sive ascendentem a transverso ligamento productam. At si *Comparettus* ad *Eustachii* descriptionem recte intelligendam cadavera consuluisset, vidisset profecto ligamentum rectum medium ab appendice superiore longe differre, et particulam *d.* nil aliud esse quam processum vertebrae dentiformem, quemadmodum *Albinus* docuerat.

TABULA XLIV.

Ex eodem Opere.

Ligamenta sistit, quae costas cum vertebris revinciunt, tum ea quibus pelvis ossa tam inter se, quam cum vertebris, et cum femore conjunguntur, ab anteriori parte spectata.

4.-12. Corpora vertebrarum dorsi, videlicet quartae, quintae, sextae, septimae, octavae, nonae, decimae, undecimae et duodecimae.

13.-20. Costae dexterae: *13.* quinta: *14.* sexta: *15.* septima: *16.* octava: *17.* nona: *18.* decima: *19.* undecima: *20.* duodecima.

21.-28. Costae totidem a sinistris.

A. Corpus vertebrae quartae a superiore parte, cui lamina adhuc inhaeret ligamenti cartilaginei, seu cartilaginis intervertebralis.

B. B. Ejusdem vertebrae apophyses articulares superiores.

C. - - - - - - - - - - arcus posterior.

D. - - - - - - - - - - processus transversus sinister.

E. Faciecula eidem processui insculpta et cartilagine crustata, quâ tuberculum quartae coxtae articulabatur.

F. G. H. I. Processus transversus sinister vertebrae *F.* octavae, *G.* nonae, *H.* decimae, *I.* undecimae.

K. Ligamenta cartilaginea, quibus ipsarum vertebrarum corpora insimul connectuntur.

L. L. Fascia longitudinalis anterior, a tuberculo atlantis de-

scendens, et vertebrarum corporibus superextensa (Tab. XLI. *s. s. s.*).

M. m. n. Ligamenta capituli costarum. A capitulo videlicet cujuslibet costae ligamentum procedit duobus plerumque fasciculis constans, quorum alter *m.* corpori affigitur vertebrae proxime superioris; alter vero *n.* in vertebra inferiore fibris radiatim dispositis obliteratur.

p. p. Ligamenta cervicis costarum interna.

N. N. - - - - - - - - - - - - - - - externa.

O. Ligamenta quibus duodecima costa processui transverso alligatur vertebrae lumborum primae.

29.-33. Vertebrae lumborum; *29.* prima; *30.* secunda; *31.* tertia; *32.* quarta; *33.* quinta.

34.-37. Earumdem vertebrarum processus transversi; scilicet *34.* vertebrae primae; *35.* secundae; *36.* tertiae; *37.* quartae.

38.-40. Processus obliqui superiores vertebrae secundae, tertiae et quartae.

P. P. Os sacrum ab anteriori parte.

Q. Q. Q. Foramina anteriora ossis sacri.

R. R. Crista ossis iliûm tam a dexteris quam a sinistris.

S. S. Ossis iliûm facies superior.

T. T. Apophysis ossis iliûm anterior et superior.

U. U. - - - - - - - - - - - anterior et inferior.

X. X. Ora pelvis.

Y. Y. Inferius crus ossium pubis.

Z. Z. Crus descendens seu tuberculum ossis ischii.

41. Acetabulum seu cavitas ischiadica.

42. Femoris sinistri caput cartilagine crustatum.

43. - - - - - - - - collum.

44. 44. - - - - trochanter major.

45. 45. - - - - - - - - - - minor.

46. 46. - - - - corpus.

47. Linea, quâ ligamentum inseritur continens articulum coxae.

α. α. Ubi *fascia longitudinalis* anterior vertebrarum dissecta est.

β. γ. δ. Ligamenta intervertebralia cartilaginea. *β. β.* Fasciculi exteriores ligamentorum intervertebralium, qui a dexteris oblique sinistra petunt, et a margine procedunt superiore inferioris vertebrae, ut in limbum inferiorem finem habeant vertebrae superincumbentis. *γ. γ.* Interiores lacerti, qui sub exterioribus jacent atque opposita directione decurrunt. *δ. δ.* Fasciculi omnium intimi, qui fere transversim disponuntur.

ε. ε. Vincula tendinea inter transversum processum quartae vertebrae lumborum et cristam ossis iliûm.

ζ. ζ. Validissima ligamenta, quibus ossa innominata alligantur ad processum transversum quintae lumborum vertebrae. Ligamentum istiusmodi tam a dextera quam a sinistra crista ossis iliûm interius procedunt et memoratum processum undique complectuntur (1).

η. η. η. Vincula quae ab eodem processu educta super os iliûm expansa ansas efficiunt et intercapedines relinquunt pro transitu nervorum lumbalium.

θ. θ. Membrana ligamentosa, quae oram contegit pelvis interiorem.

ι. ι. ι. Membrana ligamentosa, quae fibris intexta in decussim abeuntibus eas ossis sacri sedes occupat, ubi in foetu aderant ligamenta cartilaginea *β. γ. δ.* (2).

κ. κ. Ligamenta, quae connectunt os sacrum cum ossibus iliûm.

λ. λ. λ. - - - - - - - - - foramina circumdant ossis sacri anteriora.

μ. μ. μ. Ligamentum *Vesalii*, *Falloppii* aut *Paupartii*, quod ab apophysi anteriori et superiori, in quam crista ossis

(1) Cl. *Weitbrechtus* (Sect. IV. §. 23. quem inscribit. *Ligamenta inter ultimam lumborum vertebram et os sacrum*) de his ligamentis se loquaturum esse pollicetur §. 37. At si hunc locum consulas, nullam ibidem de his vinculis mentionem invenies.

(2) Anatomici ad unum omnes membranam hanc neglexerunt.

iliûm anterius terminatur, transmeat in pubis synchondrosim.

ν. Fibrae quaedam ligamentosae, quae spatium occupant inter apophysim superiorem et inferiorem ossis iliûm anterius.

ξ. ξ. Ligamenta quibus pubis synchondrosins coercetur et confirmatur.

π. Ligamentum pubis inferius.

ρ. ρ. Ligamenta duo robusta et teretia, quae ab interno margine inferioris cruris ossium pubis ad synchondrosim adscendunt.

σ. σ. σ. Membrana obturans foraminis ovalis, seu thyroidis, quod apud nonnullos ligamentum est *obturatorium*.

τ. Foramen pro transitu nervi et arteriae obturatoriae.

φ. φ. φ. Foramina alia minora, per quae arteriae, venae et nervi obturatorii surculi ab interioribus transeunt ad exteriora.

χ. Ligamentum capsulare articulum continens ossis femoris dextri cum cavitate ischiadica.

ψ. Fasciculi, qui sub apophysi anteriori et inferiori ossis iliûm ad ligamentum *χ.* accedunt.

ω. Fasciculi alii ab osse pubis.

a. b. Ligamentum capsulare sinistrum dissectum: *a.* portio, quae a cilio procedit acetabuli: *b.* portio inferior, quae sub collo femoris obliteratur.

c. Cilium ipsius cavitatis cartilagineum, quo acetabulum adaugetur; margo, labrum sive ora appellatur.

d. Ligamentum sic dictum *teres*, quod a sinu educitur, qui cotiloideae cavitatis fundum occupat et in femoris caput descendit.

e. Pars ejus tenuior et membranacea.

f. Portio ligamenti, quae extra cavitatem ischiadicam ortum ducit interius, et collum ipsius cavitatis circumdat usque ad eum locum ubi osseum cavitatis, cilium interruptum est. Ibi vero sub labro seu liga-

mento cartilagineo sibi viam facit in acetabulum (1).

g. h. Vasa arteriosa; *g.* ramus arteriae obturatoriae: *h.* arteriolae duae, quae una cum ligamento *f.* cavitatem penetrant costiloideam ut ligamento tereti immisceantur.

i. i. Retinacula membranae capsularis.

(1) Vid. *Thom. Schwencke* Haematologia: accedit observatio de acetabuli ligamento interno, etc.

TABULA XLV.

Ex eodem Opere.

Ligamenta exhibet quae internam et posticam pelvis superficiem occupant.

FIGURA I.

Os ilium dexterum ab interiori parte et a latere delineatum una cum tribus lumborum vertebris inferioribus, osse sacro, coccyge, et caeteris pelvis ossibus.

A. B. C. Corpus vertebrarum lumbalium, *A.* tertiae, *B.* quartae, *C.* quintae.

D. E. F. Processus obliquus superior sinister earumdem vertebrarum: *D.* tertiae, *E.* quartae, *F.* quintae.

G. H. I. Earum processus obliquus inferior.

K. L. M. - - - processus transversus sinister.

N. O. P. - - - - - - - - - spinosus.

Q. Q. Anterior et concava superficies ossis sacri.

R. R. Superficies ejusdem ossis lateralis, auriculae figuram referens, inaequalis, cartilagine crustata, quâ os sacrum cum osse ilium sinistro connectebatur.

s. s. s. Ossa coccygis.

T. T. Os ilium dexterum ab interiore parte.

U. U. Ejus crista.

X. - - - apophysis superior et anterior.

Y. - - - apophysis inferior et anterior.

Z. Quâ spina ossis ischii ortum ducit.

Γ. Γ. Tuber ischii.

Δ. Crus adscendens ischii.

Θ. Crus descendens ossis pubis dexteri.

Λ. Quâ os pubis dexterum cum socio colligabatur. Facies istiusmodi cartilagine inducta sinum praebet in centro aliquantulum excavatum (1).

a. a. a. Ligamentum, quo apices processuum spinosorum revinciuntur inter se: vide Tab. XLII. λ. λ.

b. b. Membrana interspinalis, quae videlicet a limbo educitur inferiore uniuscujusque spinae, et in marginem superiorem evanescit spinae alterius quae proxime et inferius succedit (2).

c. c. c. Ligamenta intervertebralia cartilaginea (Tab. XLIV. *β. γ. δ.*).

d. d. Vincula, quae a corpore vertebrae quintae lumborum, et quidem ab ejus margine externo et inferiore descendunt extrorsum et ossi sacro superius adglutinantur.

e. e. Ligamentum cristae ossis iliûm firmissime adnatum illi continuum, quod Tab. XLIV. ζ. ζ. delineatum fuit.

f. f. f. Membrana tendinea, qua superior ossis iliûm facies contegitur.

g. g. Membrana ejusdem indolis, qua connexio firmatur ossis iliûm cum sacro.

h. h. Ligamentum quod descendens a tubere inferiore ossis iliûm prope articulationem ejus cum lateribus sacri per-

(1) Quoties hujus commissurae fabricam ad examen revocavi, toties pubis ossa, quâ se mutuo respiciunt, tenui lamella cartilaginea obducta esse cognovi, quin peculiarem cartilaginem ossibus ipsis interjectam viderim quae eorum inserviat connexioni, ut plerique Anatomici affirmare non dubitarunt. Ligamentum sane validissimum, fere cartilagineum pubis ossa colligat, iis prorsus simile, quae ex uno in aliud vertebrarum corpus feruntur, eaque conjungant inter se. Eamdem structuram descripsit cl. *Jo: Gottl. Walter* in dissertatione cui titulum fecit *Ueber die Spaltung der Schaambeine*, Berlin 1782.

(2) Cl. *Weitbrechtus* membranam hanc ita delineatam exhibuit, ut fibrae a radice ad apicem processuum spinosorum decurrant. *Soemmerringus* autem etsi ligamentorum descriptionem *Weitbrechti* figuris referat membranam tamen istiusmodi *ex irregularibus fibris* componi tantummodo scripsit.

git oblique inferius et interius et in exteriorem marginem terminatur ipsiusmet sacri infra secundum foramen anterius.

i. i. Funiculus ligamentosus, qui sub fornice decurrit incisurae superioris iliacae; oritur ab ischii spina *Z.*, et tuberi adnascitur inferiori ossis iliûm unde ligamentum *h.* procedere diximus.

k. k. Membrana ligamentosa posticae ossis ischii faciei superinducta.

l. Membrana tendinea foramen obturans thyroideum. Tab. XLIV. *σ.*

m. Tab. XLIV. *τ.*

n. o. p. Ligamentum sacro-ischiadicum *majus*, sive *tuberoso-sacrum*. Lata basi *n. n.* oritur a tubere ossis iliûm, et a tuberculo tertii et quarti processus ossis sacri, tum a margine interno et laterali ipsiusmet ossis sacri et primi ossis coccygis. Fibrae ab his locis procedentes contrahuntur in ligamentum *o. o.* quod in inferiora oblique descendit, latescit iterum et ischii tuberi adnascitur. Portio interna hujus ligamenti *p. p.* falciformis, erecta et membranacea reliquum ligamentum fere secat, et cum ad ischii tuber pervenit, pone internum ipsius crus Δ nonnihil adscendit.

q. r. s. t. Ligamentum sacro-ischiadicum *minus*, sive *spinoso-sacrum*. Ab apophysibus duabus transversis et inferioribus ossis sacri *q. q.* et a margine interno ossiculorum omnium quae coccygem componunt *r. r. r.* lata basi secedit. Fibrae ligamentosae in funiculum collectae *s.* inseruntur *t.* in acutum processum seu spinam *Z.* ossis ischii quam circumplectuntur.

u. Ligamentum sacro-coccygeum anterius, cujus fibrae abeunt in decussim.

x. x. x. Vincula alia minora et lateralia, quorum ope coccygis ossa ad os sacrum retinentur confirmanturque.

FIG. II.

Pubis synchondrosis a facie interna.

a. a. Pars acetabuli seu cavitatis ischiadicae.

b. b. Ramus horizontalis ossium pubis membrana tectus ligamentosa.

c. Quâ pubis ossa insimul committuntur.

d. Spina ossis ischii sinistri.

e. Eadem spina truncata a dexteris.

f. f. Crus ischii descendens, quod a posterioribus membrana induit ligamentosa.

g. g. Tuber ipsiusmet ossis.

h. h. h. Ligamentum obturatorium quod ovale foramen occludit: Tab. XLIV. *σ*.

i. i. Hiatus pro vasorum ac nervorum quorumdam transitu.

k. k. k. Foramina nonnulla minora.

l. l. l. Membrana tendinea, quae supra musculum obturatorem internum extensa, carneas fibras propria in sede quodammodo firmat atque coercet.

m. Via, per quam tendo musculi obturatoris interni de pelvi egreditur.

n. n. Ligamentum annulare ossium pubis: Tab. XLIV. *π*.

o. o. Vincula quae ab adscendente crure ossis ischii sursum pergunt, et in pubis synchondrosim terminantur. Exteriora vide Tab. XLIV. *ρ*.

p. p. Ossa diffracta.

FIG. III.

Pelvis facies postica.

A. B. C. D. Arcus posterior vertebrarum lumbarium: *A.* secundae, *B.* tertiae, *C.* quartae, *D.* quintae.

E. E. E. Processus transversi earumdem vertebrarum secundae, tertiae, et quartae.

F. F. Processus obliqui superiores vertebrae secundae.

G. G. G. Ligamenta subflava Tab. XLII. *χ.*

H. H. H. Ligamenta quae articulationem amplectuntur processuum obliquorum.

I. K. Vide Tab. XLII. *ξ. o. 22. 23.*

L. L. Vide Tab. XLII. *λ. λ.*

M. M. Crista ossis iliûm.

N. N. Ejusdem cristae tuber posterius.

O. Incisura ischiadica.

P. P. Ischii crus descendens.

Q. Q. - - - spina.

R. R. - - - tuber.

S. S. Ossium pubis facies postica.

T. Processus transversus sinister vertebrae tertiae ossis sacri.

U. U. Processus transversi vertebrae quartae.

X. X. Tubercula ejusdem vertebrae, cum quibus cornua primi ossiculi ad coccygem pertinentis articulantur.

Y. Y. Tubercula vertebrae quintae ossis sacri.

Z. Foramina superiora et postica ossis ejusdem.

a. a. Secundum par foraminum.

b. Vertebra secunda ossis coccygis.

c. c. Collum femoris.

d. d. Trochanter major.

e. e. - - - - - - minor.

f. f. Corpus femoris ipsius.

g. g. h. Ligamentum *anticum superius*, quod est *ζ. ζ.* Tab. XLIV. In hoc autem cadavere ligamento ipsi fasciculus addebatur *h.* ab apophysi transversa vertebrae lumborum quartae procedens.

i. Ligamentum *anticum inferius* dexterum. Infra praecedens positum est, brevius et validissimum. Ab apophysi obliqua et inferiori vertebrae quintae lumborum ligamentum istiusmodi semper oriri animadverti, etsi Syndesmologiae scriptores a transverso ejusdem vertebrae processu illud enasci doceant. Transversim decurrit

et cristae adhaeret ossis iliûm quâ ipsamet crista inclinatur ad posteriora ut in tuber crassescat *N.* superius memoratum.

k. k. Ligamentum *posticum longum* ossis coxae. Crassus est funiculus a tubere posteriori *N.* ossis iliûm ad processum transversum *U.* vertebrae quartae ossis sacri oblique descendens.

l. Ligamentum *posticum breve* ossis coxae, quod ab ossis iliûm tubere interius secedens in transverso processu *T.* vertebrae tertiae ossis sacri finem habet.

m. m. Ligamenta *lateralia postica* ossis coxae, quae primam vertebram ossis sacri cum tubere ossis iliûm connectunt.

n. n. Ligamentum quoddam profundius locatum sub ligamentis *m.* Funiculus istiusmodi a superiori et interna tuberis *N.* superficie eductus in spinam secundae vertebrae ossis sacri obliquo ductu terminatur.

o. o. o. Ligamenta accessoria, vaga, in superficie posteriori ossis sacri hinc inde distributa.

p. p. Membrana ligamentosa quae a quarta vertebra ossis sacri descendens primum coccygis ossiculum transgreditur, et in secundam ipsius coccygis vertebram *b.* fere evanescit.

q. q. Vincula, quibus caetera coccygis ossicula insimul colligantur.

r. s. t. Ligamentum *tuberoso-sacrum* a facie posteriori. Vide Fig. I. *n. o. p.*

u. x. Ligamentum *spinoso-sacrum*. Vide Fig. I. *q. r. s. t.*

y. y. Membrana obturans ovale foramen. Fig. II. *h. h. h.*

z. z. Capsulare ligamentum, quo femoris caput in acetabulo retinetur.

TABULA XLVI.

Ex eodem Opere.

Ligamenta praebet, quae in facie sterni postica et in interna vertebrarum cavitate distribuuntur.

FIGURA I.

Os sterni cum claviculis et costarum fragmentis a posteriori parte, qua pectoris caveam respicit.

A. A. Clavicularum extremum, quod cum acromio scapulae processu committitur.

B. Extremum alterum, quod cum sterno articulatur, ligamento capsulari obtectum. Tab. XLI. *χ*.

c. Ligamentum interclaviculare. Tab. XLI. *φ*.

d. e. f. In latere sinistro. Tab. XLI. *ψ. ω. 1. 2. 3.*

G. G. Costa prima.

H. I. Costae caeterae: *I.* earum cartilagines.

k. Ligamentum, quo costa prima claviculae alligatur.

l. l. Vincula, quae prope sternum ab una cartilagine in alteram transeunt.

m. m. Membrana tendinea ubi sextae, septimae et octavae costae cartilago curvatur.

N. N. Vide Tab. XLI. *θ. ι.*

O. O. Fibrae ligamentosae a costarum cartilaginibus in sternum radiatim procedentes.

P. P. Membrana ligamentosa fibris longitudinalibus conflata, quae internam sterni superficiem obtegit et radiatis costarum vinculis immiscetur.

Q. Q. Ligamenta cartilaginis mucronatae.

FIG. II.

Arcus posterior vertebrae dorsi duodecimae, et omnium vertebrarum lumbarium, ab anteriori parte spectatus.

A. A. Crura processuum spinosorum, sive arcus vertebrarum posterior.

B. B. Ubi crura conveniunt in apophysim spinosam.

C. C. Ubi radices arcuum abscissae.

D. D. Processus obliqui inferiores vertebrae lumborum quintae.

E. Ejusdem vertebrae processus spinosus.

F. Ligamenta *subflava:* Tab. XLII.

G. Rima, quam tunica claudit cellulosa ubi dextera ligamenta ad apophysim spinosam cum sinistris committuntur.

FIG. III.

Facies posterior corporis earum vertebrarum, quarum arcus Fig. II. delineatus.

A. Corpus vertebrae dorsi duodecimae.

B. - - - - - - - - - - lumborum quintae.

C. C. Quâ radices arcuum abscissae.

D. D. Ligamenta intervertebralia.

E. E. *Fascia longitudinalis posterior* vertebrarum, illi continua, quam corporibus vertebrarum cervicalium superinduci demonstravimus Tab. XLIII. Fig. III. Fascia istiusmodi lumborum vertebris nonnisi laxe adhaeret cellulosae membranae et vasorum interventu: firmius autem cartilaginibus adglutinatur seu ligamentis intervertebralibus *D. D.*

F. F. Ejusdem fasciae productiones tenuissimae et validissimae, quae super ipsas cartilagines a latere explicantur.

FIG. IV.

Vertebra lumborum quarta a superiori parte una cum cartilagine, quae vertebram ipsam tertiae colligat.

a. Radix arcus posterioris.
b. b. Processus transversi.
c. c. - - - - - obliqui superiores.
d. - - - - - spinosus.
e. Foramen medullae spinalis.
f. f. Cartilago intervertebralis ex crassis fibris ad modum semicirculorum elegantissime dispositis compacta. Fibrae quae centrum tenent cartilaginis ipsius, molliores sunt quam eae, quae periphaeriam occupant.
g. Nucleus gelatinosus in posteriore parte eademque media cartilaginis conspicuus (1).

(1) Nucleus istiusmodi mollis est, neque in eo aut fibrae aut circuli conspiciuntur; ideoque miror summopere cl. *Morgagnum* scripsisse *in posteriore eademque media parte ipsam* (cartilaginis) *substantiam magis durescere* (Adv. Anat. III. Animad. L.) Optimam nobis tam cartilaginis quam nuclei descriptionem reliquit *Weitbrechtus* (loc. cit. Sect. IV. §. 14.); et post eum *Alex. Moaro* (Medical essays and observ. publis. by a Society in Edinburgh Vol. V. P. I. num. xviij.).

TABULA XLVII.

Ex eodem Opere.

Ligamenta quae humerum cum cubito colligant anterius, cubitum cum carpo, et ossa manus inter se.

FIGURA I.

Manus dexterae ligamenta superficialia anteriora.

A. Humeri pars inferior.
B. - - - - - condylus internus.
C. - - - - - - - - - - externus.
D. Ulna.
E. Radius.
F. Quâ tendo *bicipitis* affigitur.
G. Membrana capsularis cubiti.
H. Fibrae oblique decurrentes, quibus ipsa membrana roboratur.
I. Ligamentum laterale internum.
K. - - - - - - - - - - externum.
L. Ligamentum *accessorium* anticum, quod a processu ulnae coronoideo productum capsulari ligamento accumbit et super anticam faciem illius annuli decurrit, in quem extremitas radii superior conformatur.
M. Membrana interossea.
n. n. Hiatus pro transitu vasorum.
N. Extremum ulnae inferius.
O. - - - - - radii.
P. Os multangulum majus.
Q. - - triquetrum.

R. Ossis hamati processus unciformis.

S. Os orbiculare seu pisiforme.

T. U. Ossa metacarpi: *T.* pollicis: *U.* caeterorum digitorum.

X. Ossa primi ordinis digitorum.

Y. - - - ordinis secundi.

Z. - - - - - - - tertii.

a. a. a. Membrana capsularis, quae articulum cubiti et carpi laxe complectitur.

b. b. c. Ligamentum carpi proprium internum, quod ab osse orbiculari *S.* et a processu unciformi *R.* ossis hamati secedens pontis instar ossibus inseritur multangulo majori *P.* et naviculari quem contegit *c.*

d. Tendo musculi *radialis interni*.

e. Ligamentum ab osse metacarpi pollicis ad ligamentum internum carpi proprium accedens.

f. Ligamentum alterum accessorium, quod extremitatem complectitur metacarpi quinti quâ cum carpo articulatur.

g. Fibrae ligamentosae ab ulnae processu styloideo in os orbiculare descendentes.

h. Fibrae a margine ulnae inferiore in ipsum os orbiculare productae.

i. Ligamentum rectum externum inter os orbiculare et metacarpi quintum.

k. Ligamentum quod exteriorem marginem ossis triquetri cum metacarpi quinto connectit.

l. Simile ligamentum inter os hamatum et idem os metacarpi.

m. m. Ligamentum volare, taeniolam referens, quae orta a basi quinti metacarpi caeteris metacarpi ipsius ossibus supersternitur.

n. Fasciculus fibrarum insertionem tendinis coercens *radialis interni*, et os metacarpi secundum cum primo connectens.

o. Membrana capsularis articulum coercens ossis navicularis et multanguli majoris.

p. Similis membrana inter os multangulum majus et pollicis metacarpum.

q. Membrana capsularis, quae articulationem firmat ossis metacarpi pollicis cum osse primo.

r. Ligamentum laterale ejusdem articuli.

s. Tendo *flexoris longi* pollicis.

t. t. Vagina transversis fibris conflata per quam tendo ipse decurrit.

u. Ligamentum obliquum.

x. Membrana qua os primum pollicis cum secundo committitur.

y. Quâ tendo inseritur *flexoris longi*.

z. z. z. Ligamenta inter capitula ossium metacarpi.

α. α. Vaginae armillas accurate referentes, sub quibus flectentium musculorum tendines trajiciuntur.

β. γ. Origo vaginalis ligamenti: ab uno videlicet labro acuto *β.* uniuscujusque phalangae membrana secedit *α. α.* quae in labrum alterum acutum phalangae ipsius *γ.* finem habet.

δ. δ. Fibrae ligamentosae transversae ad articulos digitorum.

ε. ε. ε. Tendines musculi *sublimis* seu *perforati*.

ζ. ζ. ζ. - - - - - - - - - *profundi* seu *perforantis*.

η. Quâ tendo musculi *sublimis* secundo digitorum ossiculo adglutinatur.

θ. Quâ inseritur tendo musculi *profundi*.

ι. Ligamenta cruciata.

κ. - - - - - obliqua.

λ. Vaginale ligamentum discissum ut tendines musculorum flectentium veniant in conspectum.

μ. Sulcus seu canalis per quem tendines ipsi decurrunt.

FIG. II.

Ligamenta quae sub superficialibus occurrunt in manu sinistra.

A. B. C. Ut in Fig. I.
D. D. Extremum humeri inferius laevi cartilagine crustatum.
E. Fovea, quae recipit caput radii *C.* in cubiti flexione.
F. Similis fovea pro ulnae processu coronoideo.
G. Caput radii crusta obtectum cartilaginea.
H. Ulnae processus coronoideus.
I. I. Membrana capsularis dissecta et revoluta.
K. Ejus origo.
L. Quâ ulnae collo alligatur.
M. Ligamentum laterale internum.
N. Ligamentum radii orbiculare, quod ab anteriore margine secedit sinus ulnae lateralis, cum quo radii caput articulatur. Radii collum complectitur quaquaversum. Vide Tab. XLVIII. Fig. I. et III.
O. Corpus ulnae.
P. - - - - radii.
Q. Membrana interossea.
r. r. Hiatus pro vasorum et nervorum quorumdam transitu.
S. Extremum radii inferius.
T. Capitulum ulnae inferius, cartilaginea lamina indutum.
U. Membrana capsularis discissa et revoluta, quae ulnae capitulum *T.* carpo revinciebat.
X. Eadem membrana articulum carpi complectens.
Y. Os naviculare.
Z. - - lunatum.
Γ. - - triquetrum.
Δ. - - orbiculare.
Θ. - - capitatum.
Λ. - - hamatum.
Ξ. Ejus processus unciformis.
Π. Os multangulum majus.
Σ. Ossa metacarpi, ut in Fig. I. *T. U.*

Φ. Ossa primi ordinis digitorum.

Ψ. - - - secundi ordinis.

Ω. - - - tertii ordinis.

a. Fibrae ligamentosae ab ulnae processu styloideo ad os orbiculare productae.

b. b. b. Fibrae quae a margine cavitatis glenoideae radii pergunt ad os orbiculare Λ., et ad lunatum *Z.*

c. c. Fibrae ab osse naviculari *Y.* et multangulo majore Π. ad os capitatum Θ. procedentes.

d. Vincula inter os lunatum *Z.* et capitatum Θ.

e. - - - - inter os hamatum Λ. et capitatum Θ.

f. - - - - inter naviculare *Y.* et multangulum majorem Π.

g. - - - - inter os orbiculare et processum unciformem ossis hamati.

h. - - - - quae idem os orbiculare cum quinto metacarpi osse connectunt.

i. Vide Fig. I. *k.*

k. Ligamentum inter os hamatum et basim ossis metacarpi quinti.

l. l. Membrana capsularis, quae articulum coercet ossis multanguli majoris cum basi ossis metacarpi primi.

m. Margo ossis multanguli majoris cartilaginea lamina tectus, quâ cum osse metacarpi primo articulatur.

n. Basis ossis metacarpi primi simili cartilagine crustata, quâ respondet multangulo majori.

o. Ligamentum *accessorium laterale* internum membranae capsularis *l. l.*

p. q. Tendo musculi *radialis interni* sub canaliculo decurrens ligamentoso: *q.* ubi affigitur basi metacarpi secundi.

r. Ligamentum *sublime majus* ossis metacarpi tertii.

s. - - - - - - - - - - *minus* ejusdem ossis.

t. - - - - - - volare inter basim ossium metacarpi secundi et tertii.

u. u. - - - - - - inter os capitatum et basim ossium metacarpi tertii et quarti.

x. x. x. Ligamentum volare quod ab osse metacarpi quinto pro-

cedens, quarto ossi adhaerescit, et in tertio finem habet.

γ. γ. γ. Ligamenta quae capitula nectunt ossium metacarpi.

z. z. z. Vide Fig. I. *a.*

β. Tendo musculi *sublimis.*

γ. γ. Crura hujus tendinis quae in secundo osse digitorum evanescunt.

δ. Tendo musculi *profundi.*

ε. Quâ affigitur tertio ossi digitorum.

ζ. Vinculum *accessorium breve* tendinis *δ. ε.* quod inter crura tendinea inseritur musculi *sublimis.*

η. η. η. Simile vinculum *breve*, quo tendo musculi *sublimis* retinetur.

θ. Vinculum accessorium *longum* tendinis musculi *profundi.*

ι. ι. Vincula longa ad tendinem pertinentia musculi *sublimis.*

κ. κ. κ. Ligamenta capsularia quae articulationem firmant ossium metacarpi cum ossibus primi ordinis digitorum.

λ. λ. Ligamentum capsulare discissum, ut articulus pateat ossis metacarpi cum primo osse digitorum.

μ. Quâ ligamentum capsulare ope frenuli cujusdam fovcolae innascitur ossis metacarpi.

ν. Ligamenta lateralia.

ξ. - - - - - - interiora quae super articulum decurrunt primi ossis digitorum cum secundo.

π. Articulus ipse.

ρ. Ligamenta interiora in articulo secundi ossis digitorum cum tertio.

σ. - - - - - - lateralia.

τ. Ossium articulus.

υ. Laterale et obliquum ligamentum inter os metacarpi, et os pollicis primum.

FIG. III.

Vincula carpi et metacarpi nonnulla repraesentat, sub iis collocata, quae Fig. II. delineata exhibentur.

A. Radii extremum inferius.
a. a. Ejus cavitas glenoidea lamina cartilaginea crustata.
B. Ulnae extremitas inferior.
C. Os naviculare.
D. - - lunatum.
E. - - triquetrum.
F. - - orbiculare.
G. - - hamatum.
H. Ejus processus unciformis.
I. Os capitatum.
K. - - multangulum majus.
L. Ossa metacarpi.
b. b. b. Membrana capsularis carpi resecta.
c. Ligamentum quod processum radii styloideum ossi alligat naviculari.
d. Fibrae ad osse lunato ad os triquetrum productae.
e. - - - quae radii extremum cum triquetro nectunt.
f. - - - ab osse lunato procedentes ad naviculare.
g. - - - quae ab osse naviculari transeunt ad os hamatum.
h. Fig. II. *f.*
i. Fig. II. *l.*
k. Fig. II. *o.*
l. Vincula ab osse capitato ad hamatum.
m. Ligamenta, quorum ope os metacarpi secundum et tertium ossi multangulo majori revincitur.
n. Fibrae ab osse capitato procedentes in os metacarpi secundum et tertium.
o. - - - inter os hamatum et metacarpi tertium.
p. p. p. - - - inter os orbiculare et metacarpi tertium, quartum, et quintum.
q. q. Ligamenta quibus unum os metacarpi proximo alligatur.

FIG. IV.

Ligamenta, quae articulationi ossium carpi proxime inserviunt.

A. B. C. D. E. E. Ut in Fig. III.

F. Faciecula ossis triquetri, cartilagine crustata, cum qua articulatur os orbiculare.

G. H. I. K. Ut in Fig. III.

L. Faciecula ossis multanguli majoris, cui committitur os metacarpi primum.

M. Os multangulum minus.

N. Os metacarpi secundum.

O. Quâ os metacarpi secundum committitur cum capitulo tertii.

P. Os metacarpi quintum.

Q. Quâ committitur cum quarto.

R. Ossis hamati superficies, cui respondet basis ossis metacarpi quarti.

S. Faciecula ossis capitati, cui insidet os metacarpi tertium.

T. Cavitas glenoidea radii.

U. Cartilago intermedia triangularis carpi.

X. Membrana capsularis resecta.

Y. Ulnae extremum inferius.

Z. Ligamentum quod ortum ducit ab extremitate radii inferiore quâ ulnam respicit: inferius decurrit, et foveae glenoideae affigitur ulnae ipsius.

a. a. a. Ligamenta minora.

b. Superficies ossis lunati, qua cum cubito articulatur.

c. Eadem superficies in osse naviculari.

d. Membrana mucosa, quae ossa ipsa insimul connectit.

e. Fig. III. *f.*

f. Fibrae inter os multangulum minus et capitatum.

g. - - - inter os multangulum minus et majus.

h. - - - - - - - - - - - - - - - - - - - et os metacarpi secundum.

i. Fibrae inter os capitatum et os metacarpi secundum.
k. Ligamentum, quo basis ossis metacarpi quinti cum osse triquetro articulatur.
l. Ligamentum, quo basis ossis metacarpi secundi cum osse committitur multangulo majore.
Caetera ut in Fig. III.

FIG. V.

Digitus index dexter cum osse metacarpi suo et ligamentis, a latere.

A. Os metacarpi.
B. Os digiti primum.
C. - - - - secundum.
D. - - - - tertium.
E. Membrana capsularis articuli primi, videlicet ossis metacarpi cum osse primo digiti ipsius.
F. Similis membrana in articulo secundo.
G. - - - - - - - - - - - - - - - tertio.
H. H. H. Ligamenta lateralia.

TABULA XLVIII.

Ex eodem Opere.

Ligamenta in postica cubiti superficie et manus dorso collocata.

FIGURA I.

Ligamenta, quae, detracta cute, in carpo et manu conspiciuntur, una cum ligamentis, quae humerum cum cubito posterius colligant.

A. Ossis humeri facies posterior.
B. Condylus ejus internus.
C. - - - - - - - externus.
D. Ulna.
E. Ejus processus posterior, quem vocant *olecranum*.
F. - - - - - - - anterior, qui *coronoideus* dicitur.
G. Radius.
H. I. K. L. Membranae capsularis portio postica (Vide T. XLVII. Fig. I. *G.*): *I.* quâ ab humero descendit (Fig. II. *I.*): *K.* quâ ulnae olecrano inseritur: *L.* quâ processui coronoideo.
M. Ligamentum laterale internum.
N. Membrana quae laxe radium circumdat et ulnae revincit.
O. O. Membrana interossea.
P. Hiatus pro vasorum transitu.
Q. Chorda transversalis, de qua vide Fig. III. *O.*
q. q. q. Musculi *extensoris communis digitorum* tendines truncati.
r. Tendo musculi *indicatoris*.
s. - - - - - - - *extensoris proprii* digiti minimi.
S. - - - - - - - *abductoris longi* pollicis.

T. Tendo *extensoris* pollicis.

U. Tendo truncatus musculi *flexoris longi* pollicis ipsius.

W. Os primum metacarpi.

X. - - secundum.

Y. Y. Ligamentum commune carpi dorsale, a radio versus ulnam oblique descendens, quod etiam *transversale* seu *armiliare* vocant alii. Tendines coercet musculorum digitos et manum extendentium, et canaliculos seu vaginas peculiares praebet pro transitu tendinum quorumdam, musculi, puta, abductoris longi pollicis *S.*, vel extensoris *T.*

z. z. z. z. Tendines musculi *extensoris communis* supra metacarpum decurrentes.

Z. Z. Z. Portiones tendineae, quibus ipsimet tendines in dorso manus cohaerent inter se.

Γ. *Indicatoris* musculi et *extensoris* tendo communis ad indicem pertinens.

Δ. Tendines extensoris communis digito medio et annulari distributi.

Ξ. Tendo extensoris proprii digiti minimi, qui super dorsum fertur ejusdem digiti.

η. η. η. η. η. Extrema tendinum extensorum, quâ capitulo affiguntur ossis primi uniuscujusque digiti.

0. 0. 0. 0. 0. Quâ ultra basim secundi ossis ipsamet extrema producta, in dorso finem obtinent ossis secundi.

ϰ. Aponeurosis ambiens articulum pollicis cum metacarpo, et tendini communi inserta extensorum pollicis.

λ. Tab. XLVII. Fig. I. *t.*

μ. Tab. XLVII. Fig. II. *χ.*

Θ. Θ. Θ. Θ. Aponeuroses, quae a tendinibus extensorum productae articulos ambiunt ossium primi ordinis digitorum cum ossibus metacarpi.

Λ. Λ. Λ. Λ. Aponeuroses quas tendines emittunt musculorum *lumbricalium* et *interosseorum*. Tendinibus immiscentur extensorum, et in iis evanescunt, continuae aponeurosi Θ. Θ.

ν. Tendo musculi *lumbricalis* primi, qui acceptis a tendine extensoris fibris nonnullis decurrit ad os tertium digiti indicis.

ξ. ξ. ξ. Tendines interosseorum, qui ad os tertium pariter feruntur indicis, medii, et annularis.

π. π. π. Tendines interosseorum (videlicet *prioris* digiti medii, *prioris* annularis, et *prioris* auricularis), qui una cum tendinibus lumbricalium ossi tertio digitorum affiguntur.

ρ. Tendo communis musculi *abductoris* digiti minimi, et *flexoris parvi*.

σ. σ. *Retinaculum*, sic dictum, tendinum qui ad interosseos musculos pertinent.

τ. τ. τ. Extrema ossa digitorum.

FIG. II.

Ligamenta quae in dorso manus sub tendinibus musculorum occurrunt et sub armillari carpi ligamento.

A. B. C. D. E. F. G. Ut in Fig. I.

H. Membrana capsularis cubiti dissecta et sursum revoluta

I. I. Ejus origo ab osse humeri.

K. Portio ejusdem membranae ulnae olecrano inserta.

L. Sinus in humeri extremitate posterius excavatus, qui ulnae olecranum recipit in brachii extensione.

M. Tuberculum humeri ipsius laevi cartilagine crustatum, cum quo caput radii *N.* articulatur.

O. Ligamentum laterale internum cubiti.

P. Ligamentum radii orbiculare, de quo vide Fig. III. *H. I.*

Q. Fibrae nonnullae, quae in hoc cadavere ad ligamentum orbiculare accedebant.

R. Vide Fig. I. *N.*

S. Chorda transversalis.

T. Membrana interossea.

U. U. U. Hiatus pro transitu vasorum.

X. X. X. Sulci in extremitate radii inferiore exculpti, et tunica valida ligamentosa induti, per quos tendines decurrunt quorumdam musculorum.

Y. Membrana ligamentosa, quae ulnae extremum radio revincit.

Z. Ligamentum *rhomboides* a *Weitbrechto* appellatum, seu fibrae validiores, quae a margine cavitatis radii ad os triquetrum obliqua directione feruntur.

β. Fibrae a radii processu styloideo ad os multangulum majus procedentes.

γ. Membrana ligamentosa quae carpi ossa colligat exterius.

δ. Fibrae ab osse triquetro ad os hamatum productae.

ε. - - - - ab osse triquetro ad os capitatum.

ζ. - - - - ab osse capitato ad multangulum majus.

η. - - - - quae a vinculo *β.* descendunt ad os multangulum minus.

θ. Ligamentum quod obvolvit os multangulum majus, et ejus connexionem cum metacarpo pollicis.

κ. Fibrae quae ab osse capitato pergunt ad os metacarpi secundum.

λ. Fibrae ab eodem osse capitato ad metacarpi tertium.

μ. - - - - - - - - - - - - - - - - ad os metacarpi quartum.

ξ. Ligamentum dorsale quod decurrit a basi ossis metacarpi primi ad basim secundi.

π. ρ. Ligamenta dorsalia quae ossibus interjacent metacarpi secundi et tertii, tum tertii et quarti.

σ. Ligamentum dorsale inter basim ossis metacarpi quinti et quarti.

Γ. Γ. Γ. Ossa metacarpi.

Δ. Δ. Δ. Ossa primi ordinis digitorum.

Ξ. Ξ. Ξ. Ossa secundi ordinis.

Θ. Θ. Θ. Ossa extrema eorumdem digitorum.

τ. τ. τ. Membrana capsularis articuli ossis metacarpi cum osse primo uniuscujusque digiti.

υ. υ. υ. Ligamenta lateralia.

φ. Capitulum ossis secundi metacarpi laevi cartilagine tectum.

$\chi.\ \chi.$ Membrana capsularis dissecta et revoluta.

$\psi.\ \psi.$ Ligamenta lateralia discissa.

$\omega.$ Membrana quae basim revincit ossis primi pollicis tuberculo metacarpi.

a. a. a. a. Tendines musculorum extensorum ($\theta.\ \eta.$ Fig. I.) truncati.

b. b. b. b. Membrana capsularis, quae articulum amplectitur ossis primi cum secundo osse digitorum.

c. c. c. c. Ligamenta lateralia.

d. d. Eadem ligamenta dissecta in articulo indicis.

e. Capitulum ossis primi ordinis ad indicem pertinentis cartilaginea lamella crustatum.

f. f. f. Tendines musculorum lumbricalium et interosseorum ($\xi.\ \pi.\ \rho.$ Fig I.) quâ tertio digitorum ossi infiguntur.

g. g. g. Ligamenta lateralia, quae ossa secundi ordinis cum ossibus tertii connectunt.

h. h. h. Membrana capsularis ejusdem articuli.

i. Extremum inferius ossis secundi ordinis.

k. Membrana capsularis, quae articulum firmat ossis primi et secundi in pollice.

FIG. III.

Pars inferior humeri dexteri ab exteriore parte cum cubiti parte superiore.

A. Ossis humeri portio inferior a latere exteriori.

B. Ejus condylus externus, cujus extremum cartilagine laevi crustatum est.

C. Ulna.

D. Ejus processus posterior et superior, cui *olecrani* nomen est.

E. Radius.

F. Caput radii rotundum, et cartilaginea lamina tectum.

f. Cavitas glenoidea in ipso capitis vertice excavata, cum qua inferior et gibba superficies condyli *B.* articulatur.

C. Membrana capsularis eadem ratione repraesentata ut in Fig. II. *H. I. K.*

H. Ligamentum radii orbiculare.

I. Quâ ipsummet ligamentum ex margine posteriore educitur sinus lateralis, qui ulnae pro radio recipiendo insculptus est.

K. Ligamentum laterale externum, quod ab externo humeri condylo profectum descendit, et orbiculari ligamento *H.* firmiter accretum in ipso ligamento annulari evanescit.

L. Membrana dissecta et deorsum revoluta, quae in Figura I. est *N.*

M. Hiatus, per quem viam sibi facit arteria interossea externa.

N. Membrana interossea.

O. Chorda transversalis cubiti *posterior*, quae videlicet ab ulnae margine exteriori procedens oblique descendit, et radio interius connectitur. Ea vero directione decurrit, ut interosseae membranae fibras decussare videatur (1).

FIG. IV.

Cubiti dexteri extremum inferius cum carpo et metacarpo, ac profundioribus iis ligamentis, quae carpi ipsius dorso respondent.

A. Radii extremum inferius.

B. Ulna.

(1) Chordam hanc *posteriorem* dixi; propterea nimirum quia chordam aliam transversalem viderunt et delineatam praebuerunt Syndesmologiae Scriptores, quae anticam cubiti regionem occupat. Eam vero in nonnullis cadaveribus diligenter quaesivi, at incassum quidem, ita ut in Tabula XLVII. prorsus desideratur. A latere tuberculi externo ossis ulnae, quâ tendo inseritur *brachialis interni* ortum habet, et oblique, ut ajunt, deorsum traducitur, ut sub radii tuberculo finem habeat, cui *bicipitis* tendo infigitur. Cellularis membranae funiculos plus minus tensos et adipe multo circumfusos semper ea sede observavi, quia tamen (in cadaveribus saltem, quae mihi praesto fuerunt) ullum in iisdem funiculis characterem animadverterem, quo eos inter ligamenta possem adnumerare.

C. Cavitas glenoidea in inferiori radii extremitate excavata, cui lamella cartilaginea laevis superinducitur.

D. Ossis navicularis superficies, quae cum cubito articulatur.

E. Eadem superficies in osse lunato.

F. Portio ossis triquetri.

G. Os subrotundum seu orbiculare.

H. - - multangulum majus.

I. - - - - - - - - - minus.

K. - - capitatum.

L. Ejusdem ossis capitati portio superior, quâ cum ossibus ordinis superioris connectitur.

M. Os hamatum.

N. N. N. Ossa metacarpi.

O. Membrana, quae a radii extremo interius procedens ulnam comprehendit.

P. Membrana capsularis, a margine cavitatis glenoideae *C.* descendens, quae super ossa carpi primi ordinis decurrebat. Sursum revoluta est.

q. q. Similis membrana, qua ossa carpi superiora cum inferioribus connectebantur.

r. Funiculus ligamentosus latus, ab ulnae styloideo processu ad os carpi quartum productum.

s. Membrana ligamentosa subcrassa limbo adnata ossium *D.* et *E.*, quae efficit ut ossa istiusmodi continuam superficiem praebeant. Similis membrana (ut in Icone evidenter apparet) ossa conjungit *E.* et *F.* Neque silentio praetereundum est, in hac regione *s.* vinculum saepius occurrere, quod sursum ducitur et interno margini adnascitur ipsiusmet cavitatis radii glenoideae. Ligamentum hoc si adest (nonnumquam enim deesse vidi) *mucosum* appellant Anatomici.

t. Fibrae ligamentosae ab apophysi radii styloidea ortum ducentes et in os carpi primum seu naviculare procedentes.

u. Vinculum, quod os naviculare cum multangulo majori colligat.

x. Fibrae inter os multangulum majus et minus.

y. - - - inter os multangulum minus *I*. et capitatum *K*.

z. Funiculus ligamentosus inter os capitatum et os metacarpi tertium.

β. Fibrae ligamentosae inter os capitatum et hamatum.

γ. - - - - - - - - - - - inter os triquetrum et hamatum.

δ. Membrana capsularis, quae articulationem cohibet ossis metacarpi primi cum multangulo majori.

ε. Fibrae ab osse multangulo minore ad ipsummet os metacarpi primum procedentes.

ζ. Ligamentum quod os metacarpi secundum multangulo minori et capitato revincit.

η. Ligamentum obliquum inter os hamatum et metacarpi tertium.

θ. Ligamentum quo basis ossis quarti ad metacarpum pertinentis cum hamato connectitur.

κ. Capsulare ligamentum articulationem firmans ossis metacarpi quinti cum hamato.

λ. Ligamentum *laterale* baseos ossium metacarpi primi et secundi.

μ. *ν*. *ξ*. Ligamenta *dorsalia*, quae bases jungunt ossium metacarpi, videlicet *μ*. secundi et tertii, *ν*. tertii et quarti, *ξ*. quarti et quinti.

TABULA IL.

Ex eodem Opere.

Femoris ligamentum teres, et ligamenta genu a parte anteriore.

FIGURA I.

Os innominatum dextri lateris cum suprema femoris portione.

A. A. Os ilium dexterum.
B. - - - ischion.
C. Ejus tuber.
D. Ejus crus adscendens.
E. Ossis *pubis* crus superius seu horizontale.
F. Ejusdem crus descendens.
G. Portio ossis pubis, qua cum socio sinistri lateris committitur.
H. Foramen triquetrum.
I. Femoris dexteri portio superior.
K. Trochanter femoris major.
L. - - - - - - - - - - minor.
M. Collum ipsiusmet femoris.
N. Ejus caput, cui cartilaginea lamella superinducitur.
O. O. Cavitas ischiadica, seu acetabulum simili lamella crustatum.
a. a. Ora seu margo ejusdem cavitatis cartilagineus prominens.
b. Sinus ossi insculptus, per quem vasa in acetabulum sibi viam faciunt, ut intra partes dispergantur, quae ipso acetabulo continentur.
c. Eminentia cartilaginea, quae sulco *b.* inferius limites

quodammodo ponit. Ab hac eminentia ligula cartilaginea seu ligamentum procedebat ad *d.*, sub qua veluti sub ponte vasa ipsa traducebantur.

e. e. Glandula insignis in sinu recondita cavitatis ischiadicae.

f. Origo ligamenti *exterioris*, quod ab ischii osse sub cavitatis ischiadicae limbo inferiore et interno exortum circa eminentiam *c.* circumflectitur, acetabulum intrat sub ponte de quo paulo ante loquutus sum, et inferiorem partem ligamenti *teretis* constituit (1).

g. Ipsius ligamenti exterioris portio intra acetabulum decurrens ad caput femoris.

h. Ligamenti *interioris* pars anterior et longior a margine secedens acetabuli, quâ ligula cartilaginea figitur in *d.*

i. Brevior pars ipsius ligamenti *interioris*, quae a sinu acetabuli propriam ducit originem.

k. k. Arteriolae duae *obturatoriae* arteriae soboles, quae cellulari membrana cum ligamentis *g. h.* et *i.* obvolutae per ligamentum decurrunt. Tab. XLIV. *h.* (2).

(1) *Thomas Schwencke* librum evulgavit, cui titulus: *Haematologia* etc. et addidit *observat. anatom. de acetabuli ligamento interno*. Hagae Comit. 1743. Sed ab anno usque 1728. cl. *Augustin. Frid. Walther* in peculiari Dissertatione *de articulis ligamentis et musculis hominis incessu statuque dirigendis* ligamenti hujus originem accurate descripserat. *Teres articuli ligamentum*, ait ille, *ad eandem incisuram quae a latere interno, et in acetabulo est*, sub orbiculari nascitur, *quo loco pinguedo insternitur*, et mox ipsum vinculum, in acetabulo atque peculiari sinu superius producitur . . . . . *Hoc vinculum ab sui origine* ad acetabulum sinumque tenaciter adhaeret, *ac totum tendinosum est, et calami scriptorii crassitiem fere videndam refert* etc.

(2) Cum Patruus meus dilectissimus *Leopoldus Caldanius* ligamentum hoc in virili cadavere desiderari vidisset absque subsequente femorum luxatione (id quod ab aliis etiam observatum fuit) quaesivit in sui Institutionibus anatomicis (Tom. I. Par. I. pag. 145. not.) *num ad femur tantummodo propria sede coercendum teres ligamentum tributum fuerit? Exempla enim his similia, et femoris caput de acetabulo propemodum excussum post orbicularis ligamenti sectionem videntur demonstrare, in alium etiam finem fortassis utiliorem, at nondum satis cognitum, comparatum fuisse*. Institutionibus illis jam editis, cl. *Malacarne* tunc Ticinensis Professor novam in hoc ligamento fabricam a se observatam fuisse Patruum per litteras monuit, et ex his observationibus id conjici posse arbitrabatur, ligamentum videlicet, de quo quaestio est, nil aliud esse quam vaginam, quae vasa sanguinea complectitur ad femur

FIG. II.

Membrana capsularis genu.

A. Femoris extrema et inferior pars.
B. Tibiae pars suprema.
C. Fibula.
D. Tendo musculi *recti* cruris.
E. Pars inferior musculi *vasti interni*.
f. f. Quâ tendo carnibus adjicitur ejusdem musculi.
C. Caro musculi *vasti externi*.
h.h.h.h. Membrana capsularis, scilicet *involucrum generale* (quemmadmodum appellat *Weitbrechtus*) aponeurosibus constans musculorum tibiam extendentium. Involucrum istiusmodi super patellam decurrit; quin immo in dorso patellae ipsius tendineas musculorum productiones decussari ex Icone manifestum est.
i. i. Tendo musculi *recti*, patellam cum tibia colligans. Fibrae quae supra tendinem transversa directione feruntur ad aponeurosim pertinent musculi *fasciae latae*.
k. k. Ligamentum laterale *internum* genu. Vide Tab. L. Fig. IV.
l. Tendo musculi *gracilis* abscissus.
m. m. Membrana interossea, quae spatium occupat inter tibiam et fibulam.

FIG. III.

Genu dexterum, in quo capsularis membrana superius dissecta fuit, et patella inferius revoluta.

A. Femur.

usque, in cujus capite disperguntur. An observationem hanc cl. *Malacarne* publici juris umquam fecerit, prorsus ignoro; id tantum scio cl. *Palletta* eadem vidisse quae a *Malacarne* Patruus accepit, et de ligamenti teretis structura ac de vasis per ipsum decurrentibus fusius egisse in *Giornale per servire alla storia ragionata della medicina di questo Secolo*. Vol. IX. *Part. Chirurg.* pag. 153.

B. Condylus ejus internus cartilagine laevi crustatus.
C. - - - - - - - externus.
D. Patellae facies postica, eadem lamina cartilaginea obtecta.
E. Tibia.
F. Fibula.
G. Adeps.
H. Tendo musculi *recti* cruris (Fig. II. *D.*) deorsum revolutus, cui membrana tenuis superinducitur, quae proprie est membrana capsularis.
I. I. Membranae ejusdem capsularis interior superficies unguine oblinita et laevissima.
K. Ligamentum *mucosum* genu.
L. Ligamentum *alare* majus internum.
M. - - - - - - *alare* minus externum.

FIG. IV.

Idem genu, sed remota patella, et femore in posteriora nonnihil inclinato.

A. B. C. Ut in Fig. III.
D. D. Superficies condylorum articularis.
E. F. G. Ut in Fig. III.
H. H. Cavitates glenoideae in suprema tibiae facie exculptae, quae condylis respondent *D. D.* Lamina cartilaginea foveis ipsis superinducitur.
I. Semilunaris cartilago interna.
k. Ejus margo externus crassior.
l. - - - - - - internus falcatus et tenuis.
M. Ejusdem cartilaginis *cornu anticum*.
N. Cartilago semilunaris externa.
o. Margo ejus exterior.
p. - - - - - interior.
q. Cornu anticum hujus cartilaginis.
R. R. Membrana, quae a margine exteriori cartilaginum semi-

lunarium descendit et in limbo evanescit uniuscujusque cavitatis glenoideae.

r. Ligamentum *commune transversale*, quod a limbo externo cartilaginis semilunaris *N.* trans tibiae anticam sedem procedit, et in cornu antico cartilaginis *I.* terminatur.

S. Ligamentum, quo cornu anticum cartilaginis semilunaris externae adhaeret ligamento cruciato anteriori. *Weitbrechto* vocatur *adhaesio prima* cartilaginis externae.

T. U. Ligamentum *cruciatum anticum* a sinu descendens condylos dirimente, et speciatim ab interno latere condyli exterioris, et oblique decurrens interno margini affigitur cavitatis glenoideae interioris.

X. Ligamenti *cruciati* postici pars suprema ab externo latere condyli interni ortum ducens.

x. Lacertus, qui ligamentum transversale *r.* firmat, et tum ligamento admiscetur ab antico cartilaginis externae cornu prodeunti, tum ligamento cruciato anteriori.

Y. Membrana interossea.

Z. Ligamentum laterale internum abscissum.

FIG. V.

Facies suprema tibiae una cum cartilaginibus semilunaribus.

A. Tuber anterius tibiae.

B. Fovea glenoidea interna cartilagine laevissima crustata.

C. - - - - - - - - externa.

D. Cartilago semilunaris seu falcata interna.

E. - - - - - - - - - - - - - - - - - - externa.

F. F. Crassities cartilaginum ipsarum.

f. f. Limbus tenuior.

G. Cornu anticum cartilaginis internae.

H. - - - posticum.

h. Ligamentum transversale commune.

I. Cartilaginis externae cornu anticum.

K. - - - - - - - - - - - - - - - posticum.

L. L. Ligamentum *cruciatum* anterius.

M. - - - - - - - - - - - posterius.

TABULA L.

Ex eodem Opere.

Ligamenta exhibet posteriora et lateralia genu, tum ea quae crus cum calce posterius colligant.

FIGURA I.

Ligamenta superficialia genu a posteriori.

A. Femoris facies postica.
B. Condylus ejus internus prominens.
C. - - - - - - - externus.
D. Tibia a posteriori parte.
E. Fibula.
F. Tendo musculi *semitendinosi*.
G. Portio membranae aponeuroticae a musculo *semimembranoso* productae, quae tibiae inseritur.
H. H. Ligamentum posticum *Winslowii*, seu expansio membranacea et validissima, quae ab elatiori sede *I.* condyli exterioris descendit oblique, et in tibia evanescit quâ *semimembranosi* aponeurosis in ipsamet tibia terminatur.
K. K. Membrana capsularis genu.
L. Ligamentum laterale externum *longum*.
M. - - - - - - - - - - - - - - - *breve*.
N. Membrana fibulae capsularis.
O. Fibrae, quae fibulam tibiae posterius revinciunt.
P. Membrana interossea.

FIG. II.

Ligamenta alia sub superficialibus collocata in parte genu posteriori.

A. Femoris facies postica.
B. Condylus internus cartilaginea lamella crustatus.
C. Condylus externus.
D. E. Ut in Fig. I.
F. F. F. Membrana capsularis discissa.
G. Sinus in latere externo capitis tibiae, cum quo fibula articulatur.
H. Cartilago semilunaris interna.
I. Membrana ligamentosa qua cartilago ipsa nectitur tibiae.
K. Cartilago semilunaris externa.
L. Membrana capsularis fibulae caput firmans, et quae adscendens cum limbo cartilaginis semilunaris externae concrescit.
M. Funiculus, seu fascia ligamentosa validissima a sinu exorta femoris condylos posterius dirimente, quae sub capsulari membrana decurrens inferius pergit, et tibiae capiti adhaeret (1).
N. Ligamenti lateralis externi pars abscissa.
O. P. Ut in Fig. I.

FIG. III.

Ligamenta genu cruciata a posteriori.

A. B. C. D. E. G. H. Ut in Fig. II.
I. Membrana, qua cartilago semilunaris interna tibiae alligabatur, dissecta et revoluta.

(1) Etsi funiculus istiusmodi a Syndesmologiae Scriptoribus hactenus delineatus non fuit, tamen cum in cadaveribus quae perlustravi a capsulari membrana et a ligamento cruciato posteriori eum semper distinctum viderim, abs re minime esse putavi, si cum caeteris poplitis ligamentis delineandum curarem.

K. Cartilago semilunaris externa.

L. Fibrae quaedam ad capsularem tunicam pertinentes, qua fibula cum tibia articulatur.

M. Ligamenti cruciati *anterioris* portio condylo exteriori inserta.

N. N. Ligamentum cruciatum *posticum*, quod a latere externo educitur condyli interioris, et oblique nonnihil descendens, inter bina tibiae tubera posteriora finem habet.

n. Cornu postici cartilaginis semilunaris externae adhaesio; ligamentum scilicet a limbo egrediens ipsiusmet cartilaginis, quod adscendens et ligamento cruciato *N.* accretum externo condylo femoris innascitur.

O. P. Ut in Fig. I.

FIG. IV.

Ligamentum laterale internum genu.

A. Latus internum femoris.

B. Condylus internus.

C. Quâ prominet patella.

D. Tibia ab interiori.

E. Fibula.

F. Tendo musculi *recti* cruris.

G. Tendinis portio ad musculum *vastum internum* pertinentis.

H. Tendo musculi *semitendinosi*.

I. I. Membrana capsularis genu.

K. K. Ligamentum *laterale internum*.

FIG. V.

Ligamentum laterale externum genu.

A. Latus externum femoris.

B. Condylus externus.
C. Patella.
D. Tibia ab exteriori.
E. Fibula.
F. Tendo musculi *recti* cruris.
f. Quâ tendine *vasti externi* membrana capsularis roboratur.
G. Tendo externus musculi *gastrochnemii*.
H. Insertio musculi *plantaris*.
I. Tendo *bicipitis*.
K. Membrana capsularis genu.
L. Ligamentum laterale externum *longum*.
M. - - - - - - - - - - - - - - - - *breve* seu *minus*.
N. Funiculus ligamentosus transversus fibulae caput tibiae revinciens anterius. In hoc cadavere crassior quam solet.
n. n. Funiculi alii quorum ope fibula ipsa tibiae anterius alligatur.

FIG. VI.

Tibiae et fibulae extremum inferius a posteriori parte una cum ossibus tarsi.

A. Tibiae facies posterior.
B. Malleolus internus.
C. Sulcus per quem transit tendo musculi *tibialis postici*.
D. Fibula.
E. Malleolus externus.
F. Calcaneus.
f. f. Eminentiae duae osseae ad os astragali pertinentes quas sulcus dirimit, per quem tendo decurrit *flexoris longi pollicis*.
g. Quâ tendo *flexoris longi pollicis* sibi viam facit.
G. Ossis navicularis extremum interius.
H. Membrana interossea cruris.

I. Ligamentum malleoli externi posticum superius.

i. - inferius.

k. k. Portio membranae capsularis, quae tibiam tarso, sive astragali ossi coercet.

l. l. Membrana similis qua os astragali cum calcaneo alligatur.

K. Ligamentum inter fibulam et exteriorem tali eminentiam *f.*

L. Ligamentum fibulae medium perpendiculare. Vide Tabula LI. Fig. III.

M. Fibrae ab inferiore fibulae extremo exortae, et transversim decurrentes, quae et in interiorem tali eminentiam *f.*, et in tibiae limbum inferiorem et posticum affiguntur.

N. Ligamentum inter eminentiam interiorem tali *f.*, et calcaneum.

O. Ligamentum deltoideum. Vide Tab. LI. Fig. IV.

TABULA LI.

Ex eodem Opere.

Ligamenta Pedis.

FIGURA I.

Vagina pedis ab exteriori et anteriori.

A. A. Pars cruris inferior, in qua musculi sub vagina aponeurotica translucent.
B. Tendo Achillis.
C. Os calcis.
D. Os metacarpi quintum.
E. Os primum digiti secundi.
e. e. e. Os secundum digiti secundi, tertii, quarti.
f. f. f. f. f. Ossa extrema digitorum.
F. Tendo musculi *peronei longi*.
G. - - - - - - - - - - - - *brevis*, vagina tectus.
g. g. g. g. g. Tendines musculi *extensoris longi communis* digitorum.
h. h. h. Tendines musculi *extensoris brevis* digitorum.
i. i. Quâ tendines extensorum ad secundum digitum pertinentes truncati sunt.
H. H. H. Ligamentum *commune cruciatum*.
I. I. I. Vagina pedis.
K. Retinaculum tendinum *peroneorum*.
L. L. L. Fibrae transversae, sive retinacula tendinum *extensorum*.
M. M. M. Ligamentum medium sive membrana capsularis, qua ossa digitorum junguntur inter se.
N. N. N. N. Ligamenta lateralia.

FIG. II.

Eadem vagina ab interiori parte.

A. A. Ut in Fig. I.
B. Extremum ossis tibiae inferius.
C. Os calcanei.
D. Os metatarsi primum.
E. E. Extrema ossa digitorum.
F. *Abductor* pollicis.
G. Aponeurosis plantaris.
H. *Extensor proprius* pollicis.
I. I. Ligamenti cruciati portio superior, quae in tibiae internum latus inseritur. Vide Fig. I. *II.*
K. Ejusdem ligamenti portio inferior.
L. Vagina pedis.
M. Fibrae, quae retinaculum constituunt tendinis *extensoris* pollicis.
N. Ligamentum cutaneum interius, seu fibrae tendineae a primo osse pollicis ad extremum productae a latere interno.
O. Ligamentum laciniatum malleoli interni.
P. Vide Fig. III.

FIG. III.

Dorsum pedis ab exteriori parte cum ligamentis.

A. Tibia.
B. Fibula.
C. Membrana interossea cruris.
D. Calcaneus.
E. Talus.
F. Os naviculare.
G. Os cuneiforme primum.
H. - - - - - - - secundum.

I. Os cuneiforme tertium.
K. Os cuboideum.
L. L. L. Ossa metatarsi.
M. M. M. Ossa prima digitorum.
N. Secundum os pollicis.
O. O. O. Secunda ossa in reliquis digitis.
P. P. P. Extrema ossa digitorum.
Q. Ligamentum malleoli externi anticum superius.
R. - inferius.
S. Ligamentum fibulae medium perpendiculare.
T. Membrana capsularis articulum cruris cum tarso coercens.
U. Ligamentum inter fibulam et talum anterius.
X. Taenia ligamentosa lateralis interna inter talum et calcaneum.
Y. Y. Ligamentum seu valida membrana ligamentosa inter calcaneum et talum (1).
Z. Fascia ligamentosa a talo producta ad os naviculare *F.*, et ad cuneiforme *H.*
a. Ligamentum inter os tali et cuboideum.
b. - - - - - - - - - - naviculare et cuneiforme tertium *I.*
c. - - - - - - - - - - tali et naviculare.
d. - - - - - - - - - - naviculare et cuneiforme primum.
e. Fibrae ligamentosae inter cuneiforme primum et secundum.
f. - - - - - - - - - - inter cuneiforme secundum et tertium.
g. g. Ligamenta perpendicularia anteriora et lateralia a talo in calcaneum descendentia quâ cavitas adest sinuosa.
h. Ligamentum inter calcaneum et os cuneiforme tertium.
i. i. Ligamenta inter calcaneum et os cuboideum.
l. Ligamentum capsulare os firmans metatarsi primum cum cuneiformi.

(1) Ne Iconum numerus plus justo augeretur ligamenti figuram omisi, quod a tubere anteriori ossis tali inferius descendit in foveolam calcaneo ossi insculptam. Ita pedis syndesmologiam, quo sane fieri potuit, una Icon complectitur.

m. Ligamentum inter cuneiforme primum et os metatarsi secundum.

n. - - - - - - - inter os cuneiforme secundum et os metatarsi secundum.

o. - - - - - - - inter os cuneiforme tertium et idem os metatarsi secundum.

p. - - - - - - - inter cuneiforme tertium et os metatarsi tertium.

q. - - - - - - - inter idem cuneiforme tertium et os metatarsi quartum.

r. - - - - - - - obliquum inter os cuboideum et metatarsi quartum.

s. - - - - - - - inter os cuboideum et metatarsi quintum.

t. Fibrae ab osse cuboideo rectâ ad quartum os metatarsi procedentes.

u. u. u. Ligamenta dorsalia basium ossium metatarsi.

x. Ligamentum laterale inter basim ossis metatarsi secundi et tertii.

y. - - - - - - - - - - - inter basim ossis tertii et quarti.

z. - - - - - - - - - - - inter basim ossis metatarsi quarti et quinti.

β. Tendo musculi *peronei longi*.

γ. - - - musculi *peronei brevis*.

δ. δ. Canales per quos ipsi peroneorum tendines excurrunt.

ε. ε. ε. Fig. I. *M.*

ζ. ζ. ζ. Fig. I. *N.*

η. Articulus apertus.

θ. Membrana capsularis dissecta et revoluta.

FIG. IV.

Dorsum idem pedis ab interiori parte cum ligamentis.

A. Tibia.

B. Sulcus retro malleolum internum.

C. Os calcanei.

D. Os naviculare.
E. - cuneiforme primum.
F. - primum metatarsi.
G. - secundum metatarsi.
H. Pollicis os primum.
I. - - - - - secundum.
K. Membrana capsularis articuli tarsi.
L. Ligamentum *deltoideum*.
M. Fibrae obliquae inter talum et calcaneum ab interiori parte.
N. Vagina per quam excurrit tendo musculi *tibialis* postici *O.*
P. Aponeurosis plantaris.
Q. Apparatus ligamentosus inter os naviculare et cuneiforme secundum et tertium.
R. Ligamentum dorsale inter os naviculare et cuneiforme primum.
S. Ligamentum laterale inter ipsamet ossa, naviculare scilicet et primum cuneiforme.
T. Membrana capsularis ossis cuneiformis primi et ossis metatarsi ad pollicem pertinentis.
U. U. Membrana similis ossa pollicis connectens inter se.
X. X. Ligamenta obliqua et lateralia eorumdem articulorum.

FIG. V.

Ossa pedis a parte inferiore (1).

A. Calcaneus.
B. Ejus tuber anterius.
C. C. Talus.
D. Os naviculare.

(1) *Albinus* in suis Tabulis ossium humanorum pedis ossa anterius, posterius, superius et a latere repraesentavit, et iconem hanc praetermisit, quae ad intelligenda inferiora pedis ligamenta summopere necessaria est.

E. Os cuboideum.
F. Sulcus in eo osse.
G. Os cuneiforme primum.
H. - - - - - - - secundum.
I. - - - - - - - tertium.
K. K. K. K. K. Ossa metatarsi.
L. L. Ossa sesamoidea.
M. Ossa primi ordinis digitorum.
N. Secundum os pollicis.
O. Ossa secundi ordinis in reliquis digitis.
P. Extrema ossa digitorum.

FIG. VI.

Planta pedis cum ligamentis.

A. A. Calcaneus.
B. Os tali.
C. Os cuboideum.
D. D. D. Ossa metatarsi.
E. Tendo musculi *tibialis postici*.
F. Vagina ligamentosa, per quam tendo ipse ad pedis plantam procedebat.
G. Sulcus in quo tendo decurrebat.
H. Portio vaginae quae ad musculum *flexorem longum* pollicis pertinet.
I. I. Ligamentum plantare ab anteriori tuberis facie productum in osse calcanei, et ad os cuboideum recta procedens.
K. K. Ligamentum obliquum inter eadem ossa, calcaneum scilicet et cuboideum.
L. Ligamentum obliquum inter calcaneum et os naviculare.
M. Ligamentum teres inter eadem ossa, videlicet inter calcaneum et naviculare.
N. Transversum ligamentum quod ab osse naviculari pergit ad cuboideum.

n. Vinculum, quod recte fertur a postrema cuboidei portione ad os cuneiforme tertium.

o. Ligamentum plantare inter os naviculare et cuneiforme secundum.

p. Ligamentum plantare transversum inter os cuneiforme primum et tertium.

P. Membrana capsularis ligamentosa os naviculare primo cuneiformi connectens.

Q. Membrana similis inter os cuneiforme primum et pollicis metatarsum.

r. Ligamentum inter cuneiforme primum et os metatarsi tertium.

s. s. Ligamentum inter cuneiforme tertium et os metatarsi quartum.

t. t. Membrana capsularis inter os metatarsi quintum et cuboideum.

u. Vinculum, quod ab ipso metatarsi osse quinto transversim ducitur ad os cuneiforme tertium.

x. Ligamentum transversale ossis quinti metatarsi.

z. Ligamentum plantare ossibus metatarsi commune.

β. - - - - - - plantare inter os secundum et tertium metatarsi.

γ. Ligamentum plantare inter os tertium et quartum.

δ. - - - - - - - - - - - - - - - quartum et quintum.

ε. Tendo musculi *flexoris proprii* pollicis.

ζ. ζ. Tendines musculi *flexoris communis* in secundo et quarto digito.

η. η. Tendo musculi *perforantis* in tertio digito.

θ. θ. θ. - - - - - - - *perforati* eidem digito pertinens.

κ. κ. κ. Vincula ligamentosa tendinum ipsorum.

λ. Vaginae, quae tendines flexorum coercent.

μ. μ. μ. Ligamenta *cruciata*.

ν. Vagina aperta, quae tendinem continebat flexoris.

π. π. Membranae capsulares, quibus ossa digitorum cum metatarsi ossibus committuntur.

p. Membrana ligamentosa inter capitula ossis metatarsi primi et secundi. Sic et in reliquis digitis.

FIG. VII.

Planta pedis cum ligamentis profundioribus.

A. B. C. Ut in Fig. VI.

D. Os naviculare.

E. - cuneiforme primum.

F. - - - - - - tertium.

G. Ossa metatarsi.

H. Ligamentum planum inter calcaneum et os naviculare.

I. Ligamentum teres inter calcaneum ipsum et os naviculare.

K. Obliquum ligamentum, quod calcaneum revincit cuboideo.

L. Ligamentum transversum inter naviculare os et cuboideum.

M. - - - - - - obliquum decurrens sub tendine *tibialis* postici ab osse naviculari ad cuboideum.

m. - - - - - - inter naviculare et cuneiforme tertium.

n. - - - - - - posterius ab osse cuboideo ad cuneiforme tertium.

o. Ligamentum transversale externum ab eodem cuboideo in os cuneiforme memoratum.

N. Membrana capsularis os naviculare primum cuboideo connectens.

O. Articulus ossis metatarsi primi cum primo osse cuneiformi ligamentosa membrana revinctus.

p. Ligamentum quod ab osse cuneiformi primo secedens in os metatarsi secundum terminatur.

q. Fasciculus fibrarum ab eodem osse cuneiformi primo ad tertium os metatarsi deductus.

r. Fibrae, seu membrana capsularis basim tertii metatarsi cum tertio osse cuneiformi conjungens.

s. Ligamentum quod ab osse cuneiformi tertio in quartum os metatarsi finem habet.

t. t. t. Ligamenta plantaria inter bases ossium metatarsi, videlicet inter basim secundi et tertii, tertii et quarti, etc.

u. Connexio ossis metatarsi quinti cum cuboideo.

FIG. VIII.

Portio quaedam plantae pedis cum ligamentis aliis profundioribus.

A. A. Os calcis.

B. Pars ossis tali quâ cum naviculari committitur, cartilaginea lamella crustata.

C. Os naviculare.

D. – cuboideum.

E. – cuneiforme primum.

F. – – – – – – – secundum.

G. – – – – – – – tertium.

H. Os metatarsi primum.

I. – – – – – – secundum.

K. – – – – – – tertium.

L. Ligamentum internum breve inter os calcanei et naviculare.

M. Ligamentum rhomboideum, quod calcaneum jungit cuboideo.

m. Ligamentum mucosum internum in articulatione ossis tali et ossis navicularis.

N. Membrana colligans os naviculare cum primo cuneiformi.

O. Ligamentum inter os naviculare et cuneiformi secundo.

P. Capsula ligamentosa quae os cuneiforme secundum cum respondente osse metatarsi connectit.

Q. Ligamentum posterius breve at validissimum inter os cuboideum et cuneiforme secundum.

r. r. Fibrae transversim decurrentes ab interna facie ossis cuboidei, quâ respicit cuneiforme tertium, in ipsummet os cuneiforme.

s. Ligamentum ab osse cuneiformi primo in secundum os metatarsi procedens.

t. Funiculus lateralis interosseus inter cuneiforme secundum et os metatarsi secundum a latere externo.

u. Funiculus inter cuneiforme tertium et os metatarsi tertium ab interiori parte.

x. Funiculus medius ad idem pertinens os metatarsi.

y. Ligamentum laterale interosseum externum ossis metatarsi tertii.

z. Ligamentum laterale incurvum ab osse exortum cuboideo quod in os metatarsi tertium inseritur.

β. Fibrae inter basim metatarsi secundi et tertii.

FIG. IX.

Extremum inferius tibiae et fibulae dexterae, quâ cum tarso articulantur.

a. Basis tibiae cartilaginea lamina obtecta.

b. Fibulae extremum, quâ talo respondet.

c. Ligamentum malleoli posticum inferius.

d. Ligamentum internum inter tibiam et fibulam posterius.

e. Ligamentum mucosum.

f. Ligamentum inter fibulam et tibiam anterius.

g. g. Reliquiae vinculorum, quibus crus cum tarso conjungitur atque coercetur.

FINIS.

Denied 7/14/81